

I.

I.

Incipit liber primus beati Ambrosij de officijs

Non arrogans videri arbitror si inter filios suscipiam affectum docendi. cum ipse humilitatis magister dixerit. **V**enite filij audite me. timore dñi docebo vos. In quo licet a humilitatem verecūdie eius spectare a graciā. Dicendo enim timorem domini qui cōis videtur esse omnibus expressit i signe verecūdie. **E**t tamen cum ipse timor inimicum sapientie sit a effector beatitudinis. quā timentes dñm beati sunt. p̄ceptorē se sapiente docende. a demonstratorem beatitudinis adipiscēte euidenter significauit. **E**t nos ergo ad imitandā verecūdiā seduli ad offerendā grām nō usurpatores. que illi spūs infudit sapientie. et p̄ illū nobis manifestata a visu opta atq; exēplo nobis quasi liberis tradim⁹. cū iā effugere nō possim⁹ officiū docendi. qđ nobis refugientibus impositum sacerdotij necessitudo. **D**edit etenim de⁹ quosdam quidem apostolos. quosdam autem p̄phetas. alios vero euāgelistas. alios autē pastores a doctores. **N**on igit michi ap̄loꝝ grām vē dico. Quis enim hoc. nisi quos ipse filius elegit dei. **N**ō p̄phetaz grām. **N**ō virtutē euāgelistaz. **N**on pastorum circumspectionem. sed tantummodo intentōem a diligentiā circa scripturas

H

Simas opto assequi. quā vltimā posuit ap̄lus inē
officia scōz. ⁊ hanc ipsam vt docendi studio
possim discere. **V**nus enim verus magister est.
qui solus nō didicit quod om̄s doceret. **D**omi
nes autem discunt prius quod docēt. ⁊ ab illo
vel alio accipiūt. qđ alijs tēdant. **Q**đ ne ipsum
quidē michi accidit. **E**go enim **A**mbrosius ra
ptus de tribunalib⁹. atq; administratōis infu
lis ad sacerdotium: docere vos cēpi qđ ip̄e nō di
dici. **I**taq; factum est vt prius docere inciperē
q̄ discere. **D**iscendum igitur michi simul ⁊ docē
dū est qm̄ nō vacauit ita discere. **¶ Capi. 2.**

Quid autem pre ceteris debemus discere.
q̄ tacere vt possim⁹ loqui. ne prius me
vix cōtempnet mea. q̄ absoluat aliena
Scriptum est enim **E**x verbis tuis condemnabe
ris. **Q**uid opus est igitur vt properes piculum
suscipere cōtempnatōis loquendo. cum tacēdo
possis esse tutior. **C**ompluēs vidi loquendo pec
catū incidisse. vix quēq; tacendo. **I**deoq; tacē
nosse. q̄ loqui difficilius est. **S**cio loqui pleros
q; cum tacere nesciant. **R**atū est tacere quēq;
cum sibi loqui nichil proffit. **S**apiens est ergo q̄
nouit tacere. **D**emiq; sapientia dixit. **D**ñs dedit
michi liguam eruditōis. quando oporteat f
monem dicere. **M**erito ergo sapiens. qui a do
mino accēpit. quo tēpe sibi loquēdū sit. **V**nde

**Et q̄ntūlibz q̄ loq; p̄fe
cerit. nēo ē q̄ doceri
nō egeat dū viuūt.**

nō.

bene ait scriptura homo sapiens tacebit vsq; i
 tempus. **I**deo sancti dñi qui scirent qz vox hois
 plerūq; peccāi annuncia est. ⁊ incipiū erroris huā
 ni sermo est hominis. amabant tacere. **D**emq;
 sanctus dñi ait. **D**ixi custodiam vias meas. vt
 non delinquā in lingua mea. **S**ciebat enim ⁊ le
 gerat diuine esse p̄tēctōnis. vt homo a flagello
 lingue sue absconderetur. ⁊ a conscientie sue te
 stimonio. **V**erberamur enī tacite cogitacōnis
 nostre obprobrio et iudicio conscientie. **V**erbe
 ramur etiā vocis nostre verbere. cum loquimur
 ea quorū sono ceditur anim⁹ noster. et mēs cō
 sciāciatur. **Q**uis autem est quī mundum corā
 peccōrum habeat colluione. aut non delinquat
 in lingua sua. **E**t ideo quia neminem videbat ca
 stum os seruare posse ab immundicia sermois.
 ipse sibi filētiō legem imposuit innocentie. vt ta
 cendo culpam declinaret. quā vix effugere possz
 loquendo. **A**udiam⁹ ergo cautionis magistrū.
 Dixi custodiam vias meas. **H**oc est michi dixi
 tacito cogitacōnis p̄cepto. **I**ndixi michi vt cu
 stodirem vias meas. **A**lie sunt vie quas debet
 sequi. alie quas custodire. **S**equi vias domini.
 custodire nostras. ne in culpam dirigāt. **P**otes
 autem custodire. si non cito loquaris. **L**ex di
 cit. **A**udi israhel dñm dñm tuū. **N**on dicit loquē
 s; audi. **I**deo Eva lapsa est. quia locuta est vno

quod nō audierat a dño deo suo. **P**rima vox do-
 mini dei dicit tibi. **A**udi **S**i audias. custodis vi-
 as tuas. et si lapsus es cito corrigis. **I**n quo eni
 corrigitur melior viam suam nisi in custodiēdo
 verba domini. **T**ace ergo prius et audi. vt nō
 delinquas in lingua tua. **G**raue malū. vt aliq̄s
 ore suo contempnetur. **E**tenī si p̄ ocioso verbo
 reddet vnus quisq; racōnem. quāto magis pro
 verbo impunitatis et turpitudis. **G**rauiora sūt
 enim verba p̄cipitacōnis q̄ ociosa. **E**rgo si pro
 ocioso verbo racō poscitur. quanto magis pro
 sermone impietatis pena exoluitur. **Q**uid igit̄
 mutos nos esse oportet. **M**imime **E**st enim tēp̄
 tacendi. et tempus loquendi. **P**rimo si pro ver-
 bo ocioso eddimus racōnem. videamus ne ed-
 damus et pro ocioso silencio. **E**st enim et negotio-
 sum silentium vt erat susanne. que plus egit
 tacendo. q̄ si esset locuta. **T**acendo enim apud
 homines. locuta est deo. **N**ec vllum maius indi-
 cium sue castitatis inueni q̄ silentium. **C**onsā-
 entia loquebatur. vbi vox non audiebatur. nec
 querebat pro se hominum iudiciū. que habe-
 bat dñi testimonium. **A**b illo igit̄ volebat ab-
 solui. quem sciebat nullo modo posse falli. **I**p̄
 dñs in euangelio tacens opabatur salutem ho-
 minum. **R**ecte ergo dauid non silentium sibi in-
 dixit p̄petuum. s̄ custodiam. **C**ustodiamus ergo

cor nostrū. **C**ustodiam⁹ os nostrū. **V**trūq; enī
 scriptum est. **H**ic vt os custodiam⁹. **A**libi tibi
 dicitur. **O**mnī custodia serua cor tuū. **S**i custo-
 diebat dauid tu nō custodies. **S**i immunda la-
 bia habebat ysaias quī dixit. **O** miser ego qm̄
 opundus sum. quia cum sim homo ⁊ immūda
 labia habeā. si p̄pheta dñi immunda labia ha-
 bebat. quō nos mūda habemus. **E**t cui nisi vni-
 cuiq; nostrū scriptum est. sepi possessionem tu-
 am sp̄mis. aurū ⁊ argentū tuū alliga. ⁊ ori tuo
 fac ostium ⁊ rectem. et verbis tuis iugū ⁊ sta-
 teram. **P**ossessio tua mens tua est. **A**urū tuum
 cor tuum est. **A**rgentum tuum eloquium tuum
 est. **E**loquia domini eloquia casta. argentum
 igne examinatum. **B**ona etiā anime possessio
 mens bona. **D**emq; possessio pretiosa homo mū-
 dus. **S**epi ergo hanc possessionem. et circūal-
 lato cogitationibus. munito sp̄mis solici-
 tudinū. ne in eam irruant et captiuam ducant ira-
 tionabiles corporis passionēs. ne incurſent
 motus graues. ne diripiant vindemiam eius
 transeuntes viam. **C**ustodi interiorem homi-
 nem tuum. noli eum quasi vilem negligere ac
 fastidire. quia preciosa possessio est. **E**t merito
 preciosa. cuius fructus non caducus et tempo-
 ralis. sed stabilis atq; eterne salutis est. **C**o-
 le ergo possessionem tuam vt sint tibi agri.

Alliga sermonem tuū ne luxuriet. ne lasciuat;
 & multiloquio peccata sibi colligat. **S**it estrictior
 a cuspis suis co-erreatur. **C**ito lutum colligit am-
 nis erundans. **A**lliga sensum tuum. non sic re-
 missus ac defluus. ne dicatur de te. non est ma-
 lagma apponē neq; oleū neq; alligaturā **H**abz
 suas habenas mentis sobrietas. quibus regit
 a gubernatur. **S**it ori tuo ostium vt claudatur
 vbi oportet. et obseretur diligentius. ne quis i
 iracundiam excitet vocem tuam. a cōtumeliam
 rependas cōtumelie. **A**udisti hodie lectum. **I**ra
 scimini et nolite peccare. **E**rgo a si irascimur. qz
 affectus nature est. nō potestatis. malum s̄mo-
 nem de ore nostro nō pferamus. ne in culpam
 ruamus. **S**ed iugum sit verbis tuis a statera.
 hoc est humilitas atq; mensura. vt lingua tua
 menū subdita sit. restringatur habene vincul.
 frenos habet suos. quibz reuocari possit ad mē-
 suram. **S**ermones pferat libra examinatos iu-
 sticie. vt sit grauitas in sensu. i sermone pond?
 in verbis mod?. **H**ec si custodiat aliquis. fit mi-
 sis mansuetus modestus. **C**ustodiēdo enim os
 suum. a retinendo linguam suam. nec prius lo-
 quendo q̄ interrogetur a expediat. atq; exami-
 net verba sua. si dicendum hoc. si dicendū adū-
 sum hunc. si tempus sermonis hui?. **I**s pro-
 fecto exeret modestiam. ac mansuetudinem et

patientiam. vt nō ex indignacōe ⁊ ira in sermo-
nem erumpat. **Nō** alicui⁹ passionis iudiciū det
in verbis suis. nō ardorem libidinis si amate. in
sermone suo indicet. et inesse dictis suis stimu-
los iracūdie. ne sermo postremo qui cōmenda-
re interiora dicit. viciū aliqđ eē ī morib⁹ apiat et
pdat.

Nō rñdendū otumeliā inferētib⁹.

Une enim maxime **Capitulū. 2.**
insidiatur aduersari⁹. qñ videt in nobis
passiones aliquas generari. tūc fomites
mouet. laqueos parat. **U**nde nō immerito sicut
audistis hodie legi ppheta dicit. **Q**uia ipse libe-
rauit me de laqueo venantiū et a verbo aspero.
Simachus irratōnis verbum dixit. alij ptur-
batōnis. **L**aqueus aduersarij sermo noster est.
S etia ipē nō min⁹ aduersarius nobis. loqmur
plerumq; quod excipiat inimicus. et quasi no-
stro gladio nos vulneret. **Q**ūto tolerabili⁹ est
alieno gladio q̄ nostro pice. **E**xplorat ergo ad-
uersarius nostra arma. ⁊ concutit sua tela. si vi-
derit moueri me. inserit aculeos suos vt semina-
ria iurgiorum excitet. **S**i emisero verbum inde-
corum. laqueum suum stringit. **I**nterdum mi-
chi quasi escā pponit vidēe possibilitatē. vt dū
vindicaē cupio. ipē me inseram laqueo. ⁊ nodū
mortis astringā michi. **S**i quis ergo hūc adu-
sariū sentit pntem esse. tunc magis custodiam

adhilere debz dei suo. ne det locum aduersafo.
sed non multi hunc vident. Sed etiam ille cauē
dus est qui videri potest. quicūqz irritat. quicū
qz incitat. quicūqz exasperat. quicūqz incenti
ua luxurie aut libidinis suggerit. Quando ergo
aliquis nobis cōuiciatur. lacessit ad violentiam
prouocat. ad iurgium uocat. tūc silentium exer
ceamus. tunc muti fieri non erubescamus. Pec
cator est enim qui nos prouocat. qui iniuriam
facit. et nos similes sui fieri desiderat. Deniqz si
taceas si dissimules. solet dicere. Quid taces. lo
quere si audes. sed non audes. mutus es. elin
guem te feci. Si ergo taceas plus rumpitur. vi
dum sese putat. irritum post habitum atqz illu
sum. Si respondeas. supiorem se factum arbitra
tur. qm̄ parem inuenit. Si enim taceas dicitur.
Ille conuiciatus est huic. contempfit iste. Si efe
ras cōtumeliam dicitur ambo conuiciati sunt.
Vterqz cōdemnatur. nemo absoluit. Ergo il
lius est studium vt iritet. vt similia illi loquar.
similia agam. Iusti est autē dissimulare. nichil
loqui. tenere bone fructum conscientie. plus cō
mittere bonorū iudicō q̄ criminātis insolentie
contentū esse grauitate morū suorū. Hoc est ei
filere a bonis. quia bene sibi conscius. falsis nō
debet moueri. nec estimare plus ponderis in ali
eno esse conuicio q̄ i suo testimonio. Ita fit. vt

etiā humilitatem custodiat. **Si** autē nolit huius
lior videri. talia tractat et dicit ipse secū. **Vic** ergo
vt me contempnat. et in conspectu meo loquat talia
aduersus me. quasi nō possim ego ei apire os.
cur non etiā ego dicā in quibus eū iustificare
possim. **Vic** ergo vt michi iniurias faciat qua
si vir non sim. quasi vindicare me non possim.
Vic vt me criminetur quasi ego non possim
grauiora in eo componere. **Qui** talia dicit nō est
mitis atq; humilis. non est sine temptatione.
Temptator eum exagitat. ipse ei tales opini
ones inserit. **Plerumq;** adhibz hominem atq;
apponit neq; spiritus. qui hec illi dicat. **Sed** tu
in petra fixum vestigiū tene. **Et** si seruus conuici
um dicat. iustus tacet. **Et** si infirmus contume
liam faciat. iustus tacet. **Et** si pauper criminetur.
iustus non respondet. **Hec** sunt arma iusti vt
tacendo vincat. **Sicut** periti iaculandi cœdētes
solent vincere. et fugientes grauioribus sequē
tes vulnerare ictibus. **Quid** enim opus ē mo
ueri. cum audimus conuicia. **Cur** nō imitamur
dicentem. **Obmutui** et humiliatus sum. et filius
a bonis. **An** hoc dixit tantūmodo. non etiā
fecit dauid. **Immo** effecit. **Nam** cum ei conuici
aretur semel filius. tacebat dauid. **Et** quis se
ptus armatis non retorquebat conuicium. nō
vltōez quēbat. eousq; vt dixerit sibi sauis filio

gemini

q̄ vindicāē in eum vellet non pmiserit. Ibat
 ergo tāq̄ mutus ⁊ humiliatus. ibat tacēs nec
 mouebatur. cum vir appellaretur sanguinis. q̄a
 erat conscius pprie mansuetudinis. Non ergo
 mouebat̄ conuicijis cui abundabat bonorum
 operū conscientia. Ita q; qui cito iniuria moue-
 tur. facit se dignū videri contumelia. dum vult
 ea indignus probari. Melior est itaq; qui cōtē-
 nit iniuriam q̄ qui dolet. Qui enim contēpmit.
 quasi non sentiat ita despicit. Qui autem dolet.
 quasi sentiat. Neq; improvide ad vos filios me-
 os scribens huius psalmi probemio vsus sum.
 Quem psalmū ppheta dauid sancto Iudithim
 legendum canendūq; dedit. Ego vobis suadeo
 tenendū. delectatus ei⁹ sensu profundo. ⁊ virtu-
 te sentētiarum. Aduertimus enim ex hīs que
 breuiter libauimus. et filendi patientiam ⁊ o-
 portunitatem loquendi. ⁊ in posterioribus con-
 temptum diuiciarum. que maxima virtutū fun-
 damēta sūt hoc psalmo doceri. **De bono**
officiō capi. 2.
Qum igitur hunc psalmum confidero. successit animo de
 officijs scribere. De quibus etiam si qui-
 dam phie studentes scripserint. vt panethius
 ⁊ filius ei⁹ apud grecos. tullius apud latinos.
 non alienū duxi a nostro munere vt et ip̄e sci-
 berem. Et sicut tullius ad erudiendū filium. ita

ego quoq; ad uos informādos filios meos. Ne-
q; enim minus uos diligo. quos in euangelio
genui. q̄ si cōiugio suscepissem. Non enim uel
mentior est natura ad diligendū q̄ grācia. Pl
certe diligere debemus. quos p̄petuo nobiscum
putam⁹ futuros. q̄ quos in hoc tantum seculo
cōmanere uidem⁹. **I**lli degenerē nascunt̄ frequēter qui dedecant
patrem. uos aut̄ elegim⁹ ut diligamus. Itaq;
illi necessitate diliguntur. que non satis p̄donea
atq; diuturna est ad p̄petuitatem diligēdi ma-
gistra. uos iudicō quo magnū caritatis pond⁹
ad v̄m diligēdi adiūgitur. p̄baē quos diligas
et diligē quos elegeris. **E**rgo quomā p̄sone cō-
ueniūt. uideam⁹ utrum res ipsa cōueniat scri-
bere de officijs. **E**t utrū hoc nomē philosopho-
rum tantūmodo stote aptum sit. an etiam i scri-
pturis ēpiat̄ diuinis. **P**ulchre itaq; dū legim⁹
hodie euāgelium. quasi adhortaētur adscriben-
dum sanct⁹ sp̄s obtulit nobis lēonē. qua cōfir-
maremur etiā in nobis officiū dici posse. **N**am
cum zacharias sacerdos obmutuisset in tēplo
et loqui nō poss̄. factū est inq̄t. ut impleti sūt di-
es officij eius abijt in domum suam. **L**egimus
igitur officiū dici a nobis posse. nec ratio ip̄a
abhoret. q̄nquidē officiū ab efficiēdo didū pu-
ta⁹ q̄n efficiū. s̄ p̄p̄t̄ decorē p̄mois vnā immuta-
ta lēa officiū nuncupat̄. **V**l certe ut ea agas

que nulli officiant. p̄sint omnib⁹. **O**fficia au-
 tem ab honesto a vtili dici estimauerunt. et de
 hīs duobus eligere quod prestet. **D**einde ince-
 dere. vt duo cōcurrāt honesta a duo vtilia. a q̄
 raatur. quid honestius a quid vtilius. **P**rimū igitur
 in tres partes diuiditur. honestum a vtile.
 et quid prestantius. **D**einde hec tria in quinqz
 genera diuiderunt. in duo honesta. et duo vtili-
 a. et eligendi iudiciū. **P**rima p̄tinere aiūt ad
 decus honestatemqz vite. **S**ecunda ad vite cō-
 moda. copias. opes facultates. de hīs eligendi
 iudiciū fuisse. **H**ic illi **N**os autē nichil oīno
 nisi quod deat a honestum sit futurorū magis
 q̄ p̄ntium metimur formula. **N**ichilqz vtile ni-
 si qd ad vite illius eterne p̄sit gratiam defini-
 mus. non quod ad delectacōnem p̄ntis. **N**eqz
 aliqua cōmoda in facultatibus et copijs opū
 constituimus. sed in cōmoda hec putam⁹ si nō
 reiciantur. **E**aqz oneri cum sint estimamus ma-
 gis q̄ dispendio cū erogantur. **N**on supfluum
 igitur scriptōnis nostre est opus. quia officiū
 diuersa estimamus regula. atqz illi estimaue-
 runt. **I**lli seculi cōmoda in bonis ducunt. **N**os
 hec etiam in detrimētis. qm̄ quā hic recipit bo-
 na vt ille diues. illic cruciatur. et lazarus quī
 mala hic p̄tulit. illic consolacōnem inuenit. **D**e-
 inde qui illa non legūt nostra legent si volent.

qui non sermonum suppellectilem neq; artē di-
cendi sed simplicem rerū exquirunt grāciam.

De officō loquendi Capi. 7.

Quorum autem in nostris scripturis pri-
mo constitui loco qđ grece preponi dicitur.
instruimur a docemur legētes. te decet
ymn⁹ de⁹ in syon. vel grece coiri peponos oeos
enemo. Et apłs ait. loquere que decent sanā do-
ctrinā. Et alibi decetbat aut eum p que oia. a p-
pter que omnia multis filiis in gloriā adductis.
ducem salutis eorū p passionem cōsummare. Nū-
quid prior panethius. nūquid Aristotiles. qui
a ipse disputavit de officō. qđ dauid. cum a ipse
pythagoras qui legitur socrate antiq̄ior. pro-
phetam secut⁹ dauid. legē silentij dederit suis.
Sed ille vt p quinquēnum discipulis vsū in-
hiberet loquendi. dauid autem non vt natūe
munus imminueret. sed vt custodiam proferē-
di sermoīs docēt. Et pythagoras quidē vt non
loquēdo. loqui docēt. dauid vt loquendo ma-
gis discerem⁹ loqui. Quō enim sine exercitō do-
ctrina. ā sine vsu pfect⁹. Qui disciplinā bellicā
vult assequi. cotidie exercēt armis. a tanq̄ in
p̄cūdu posit⁹ pludit preliū. a velut coram po-
sito p̄tēdit hoste. atq; ad pitā viresq; iaculādi.
l suos exploāt lactos. vł adūsātorum dedinat i-
ctus. a vigilanti erit obtutu. Qui nauim in mari

quibus facit vnde

regere gubernaculis studet. vel remis ducere. p̄
 us in fluuiio pludit. **Q**ui canendi suauitatem et
 vocis affectant p̄stantiā. prius sensim in canen
 do vocem exercitant. **E**t qui viribus corporis legitimi
 moq; ludandi certamine coronā petūt. quoti
 diano vsu palestre durantes mēbra. nutriētes
 paciētiam. laborē assuescunt. **H**ec ipsa natura
 nos in paruulis docet. qui prius sonos meditā
 tur loquendi. ut loqui discant. **I**taq; sonus ex
 citatio quedam. et palestra vocis est. **I**ta ergo
 et qui volunt discere cautōem loquendi. qđ na
 ture est non negent. qđ custodie est exerceant.
 vt qui in specula sunt. speculari intendāt non
 dormiendo. **O**mnis enim res p̄p̄iis ac domesti
 cis exercitijs augetur. **E**rgo dauid tacebat. nō
 semp. sed pro tempe. non iugiter neq; omnib;.
 sed irritanti aduersario. puocanti peccatori nō
 respondebat. **E**t sicut alibi ait. **L**oquētes vani
 tatem. et cogitātes dolū non audiebat quasi fur
 dus. **Q**uia inuicem non apiebat illis os suum. **Q**uia
 et alibi habes. **N**oli respondere imprudenti ad
 imprudentiam ei; ne similis illi. fias. **P**rimum
 igitur officium est loquendi modus. **H**oc sacrifici
 um laudis. deo dependitur. **H**oc reuerentiā ex
 hibetur cum scripture diuine leguntur. **H**oc ho
 norantur parētes. **S**cio loqui plerosq; cū tace
 re nesciant. **R**arum est quēq; tacere. cū sibi nō

profit loqui Sapiēs vt loquatur. multa prius cogitat. quid dicat. et cui dicat quo in loco. et quo in tpe. Est ergo a tacendi a loquendi modus. Est etiā in faciendis modus. Pulchrū est igitur tenere mensuram officij.

De officio medici

Officium autē omne a pfecto Capiti. s. aut mediū aut pfectū est. Quod sancta rū scripturarū auctoritate pbaē possum?

Habem⁹ etenim in euāgelio dixisse dñm si vis in vitam eternā veniē. serua mādata. Dicit illi. **Que?** Ihesus aut dixit illi. Nō homicidiū facies. non adulterabis. nō facies furtū. Nō falsum testimonium dices. Honora patrē a matrē. a diliges primum tuū sicut teipsum. Hec sūt media officia. quib⁹ aliqd deest. Deniq; dicit illi adolescens. Omnia hec custodiui a iuuentute mea. qd adhuc michi deest? Ait illi ihesus. Si vis pfect⁹ esse. vade a vende omnia bona tua a da paupib⁹ a habebis thesaurū in celo. et veni sequere me. Et supra habes scriptū. vbi diligēdos inimicos a orandū dicit pro calūpniātib⁹. a psequētib⁹ nos. a benedicē maledicētes. Hoc nos facere debē si volum⁹ perfecti eē. sicut pat nē qui in celo est. Qui sup bonos a malos solem suum iurb; radios fundē. et pluuiā et rore terras vniuersorum sine vlla discretionē pinguescere. Hoc ē igit pfectum officium quod cathortonia dixerēt

greā quo corriguntur omnia que aliquos potuerunt lapsus habē. **De misericordia in paupes**

Bona etiam misericordia **Capitulum A.**
 que et ipsa pfectos facit. quia imitatur pfectum patrem. Nichil tam cōmendat xpianā aiām q̄ misericordia. primū in paupes ut cōes iudices partus nature. que omnib⁹ ad vsum generat fructus terrarū. ut quod habes largiaris paupi. et consortem et consortem tuum adiuues. Tu nummū largieris. ille vitā accipit. Tu pecuniā das. ille substantiam suam estimat. Tuus denari⁹ census illi⁹ est. Ad hec plus ille tibi confert. cum sit debitor salutis. Si nudum vestias. te ipsum indues iusticiam. Si peregrinū sub tectum tuum inducas. si suscipias egentē. ille tibi acquirat sanctorū amicitias et eterna tabernacula. Non mediocri ista gratia. Corporalia seminas. et recipis spūalia. Miraris iudicium dñi de sancto job. Mirare virtutem eius q̄ poterat dicere. Oculus erā cecorū. et pes claudorū. Erā infirmorū pat. vellerib⁹ agnorū meorum calefacti sunt humeri eorū. foris nō habitabat peregrin⁹. Ostium autem meū omni veniēti patebat. Beatus plane de cui⁹ domo nunq̄ vacuo sinu paup exiit. Neq; enim quisq̄ magis beatus. q̄ qui intelligit sup pauperis necessitatem. et infirmi atq; inopis erumpnā. In die

Iudicij habebit salutē a dño. quē habebit sue
debitorem misericordie. **De putātib⁹ dñi
de afflictis iustis non curare Capitulū octauū.**

Sed pleriq; reuocantur ab officō dispēsa-
ticijs misericordie. dū putant hois actus
non curare dñm. aut nescire eū quid in
occulis geram⁹. quid teneat nostra cōscīentia.
aut iudicium eius neq; q̄ iūstū videri. quando
peccatores diuicij abūdaē vitent/gaudē ho-
norib⁹. sanitate liberis. **Cōtra aut. iustos** mo-
pes de gere. in honozos. sine liberis. infirmos cor-
pore. luctu frequētū. **Nec mediocris ea questio.**
qñ quidem tres illi ē ges. amici job p̄pterea eū
peccatorem pnūciabant. qz inopē factū ex diui-
te. orbatum liberis ex secundo parente. p̄fusum
vlcerib⁹ a capite vsq; ad pedes videbāt. **Quib⁹**
hanc sanctus Job p̄ponit assertōnem. **Si ergo**
p̄pter peccata mea hec patior. cur impij viuūt?
Inueterauerunt autē a in diuicij sēmen eorū
secundum voluntatem. filij eorum in oculis. do-
mus ipsorum abundant. timoz autem nūsq;.
flagellum autem a domino non est ipis. **Nec**
videns infirmus corde. exagitur. et studium
auertit suum. **Cuius** diciturus sermones. ante
sanctus premisit Job dicens **Portate me. ego**
autem loquat. deinde ridete me. **Nam** et si ar-
guor. quasi homo arguor. portate ergo onus

sermonū meorū. **D**idurus enim sum quod nō
 probo. sed ad vos red arguendos. pferam fmo
 nes eorum iniquos. aut certe quia ita est v̄sus
Quid autem. **N**ūquid ab homine arguor. **H**oc
 est. homo me non potest red arguere quia pec
 caui. Et si argui dignus sum. quia nō ex euiden
 ti culpa me arguitis. s̄ ex iniurijs estimatis me
 rita delictorū. **V**idens ergo infirmus. abūda
 re ministros successib⁹ prosperis. se aut atteri. di
 cit dño. Discede a me. vias tuas sciē nolo. **Q**uid
 prodest quia seruimus ei. aut que vtilitas quia
 occurrim⁹ ipsi. **I**n manib⁹ eorū omnia bona o
 pera autem impiorum non videt. **L**audatur in
 platone q̄ in policia sua posuit eum. qui contra
 iusticiam disputandi partes recepisset. postu
 lare veniam ditorū que non probaret. ⁊ veri i
 ueniendi. atq; examinande disputacōis gratia
 illā sibi impositam psonam dicere. **Q**uod eouf
 q; tuli⁹ probauit. vt ipse in libris quos scripsit
 de republica. eam sententiā dicendā putauerit
Quanto antiquior illis **J**ob. qui hec prim⁹ ēppe
 rit. nec eloquentie phalerā de grā. sed verita
 tis probande p̄termittenda estimauit. **S**tatim
 q; ipse questionē eodē eddidit. subiciens q̄
 extingatur lucerna impiorum. et futura sit eo
 rum euerfio. **N**on falli deum doctorem *sapientie et discipline. sed esse ve*
 ritatis iudicem. Et ideo non secundū forensem

abundantiam estimanda beatitudinem singulorum
 sed secundum interiorē conscientiam. que innocentium et
 flagitiosorum merita discernit. vera atque incorru-
 pta penarū primiorūque arbitra. **M**oritur innocens
 in p̄tate simplicitatis sue. in abundantia p̄pie
 voluntatis. sicut adipe repletā aiam gerens. **A**t
 uero peccator. quous abūdit foris. et delicijs dif-
 fluat. odoribus fragret. si amaritudine animae suae vi-
 tam exigit. et vltimū diem claudit. nichil secum
 eorum que epulatus fuerit referēs. boni nichil se-
 cū afferēs. nisi precia scelerū suorum. **N**ec cogi-
 tans. nega si potes. diuinū esse iudicij remunera-
 tōnem. **I**lle suo affectu beatus. hic miser. **I**lle suo
 iudicio absolutus. hic reus. **I**lle in exitu letus. hic
 merens. **C**ui absoluti potest. qui nec sibi innocens
 est. **D**icite inquit michi. vbi est p̄tedio tabna-
 culorum eius. **S**ignum eius non inuenietur. **V**i-
 ta etenim facinorosi vt sompnum. **A**puit o-
 culos. transiuit requies eius. euaniuit delectacō. li-
 ceat ipsa que videtur dū viuunt impiorum requies in infer-
 no est. **V**inētes enim in infernū descendunt. **V**ites
 conuiuium peccatoris. **I**nterroga eius conscien-
 tiam. **N**one grauius omnibus fetet sepulchris. **I**n-
 tuis leticiā eius. et salubritatē miraris corporis. **I**nter-
 roga atque opū abundantiam. **I**ntrospecte vlcera. et
 vibices animae eius. et cordis mestitudines. **N**ā de opi-
 bus quod loquar. cū legis quod in abundantia est vita eius.

Cū scias quia ⁊ si tibi videatur dñies. tibi pau-
 per est. ⁊ tuum iudiciū suo refellatur. De mul-
 titudine q̄ filiorum ⁊ de indolētia q̄d loquat. cū se
 ipse lugeat. et sine herede futurū indicet. cū imi-
 tatores sui. successores suos esse nolit. Nulla ei
 hereditas peccatoris. Ergo impius ip̄e sibi pena
 est. Justus autem ipse sibi gloria. Et vtriq; aut
 bonorū aut maloz operū merces ex seip̄o soluit.

Solutō questionis h̄mōi. Capitulum. 9.

Sed reuertamur ad p̄positum. ne diuisio-
 nem factam preterisse videamur. qua oc-
 currimus opinioni eoz. qui vidētes sce-
 leratos quosq; diuites. letos. honoratos. potē-
 tes. cum pleriq; iustoz egeāt atq; infirmi sint.
 putant vel nichil de nobis deum curare vt epi-
 curei dicunt. vel nescire adus hominum vt fla-
 giciosi putant. vel si scit omnia. iniquū esse iudi-
 cem. vt bonos egere paciāt. abundare impro-
 bos. Nec superfluous velut quidā excurfus fuit. vt
 opinioni h̄mōi. ipsorū affectus responderet.
 quos beatos iudicant. cum ipsi se miseros pu-
 tent. Arbitratus enim sum. q̄ ipsi sibi facilius
 q̄ nobis crederēt. Quo decurso. pro diuie estimo
 vt refellam cetera. Et primo eorum assertionē
 qui deum putant curam mundi nequa q̄ habe-
 re sicut aristotiles asserit vsq; ad lunam eius
 descendere providentiā. Et quis opato: negligat

Wo

operis sui curam? Quis deserat et destituat. quod ipse condendum putauit? Si iniuria est regere nonne est maior iniuria fecisse? Cum aliqd non fecisse nulla iniusticia sit. Non curare quod feceris summa demencia est. Quod si deum creatorem suum abnegant. aut ferarum et bestiarum se haberi numero censent. quid de illis dicamus. qui hac se condonant iniuria? Per omnia ire deum ipsi asserunt. et omnia in virtute eius consistere. vim et maiestatem eius per omnia elementa penetrare terras celum mare. et putant iniuriam eius si mentis hominis qua nichil nobis ipse prestanti dedit. penetret et diuine maiestatis ingrediatur scientia. Sed hominem magistrum velut ebrium et voluptatis patronum. ipsi qui putantur sobrii irrident philosophi. Nam de aristotelis opinione quid loquar. qui putat deum suis contentum esse finibus. et prescripto modo regni degere. ut poetarum loquuntur fabule. qui mundum ferunt in tres esse diuisum. ut alii celum alii mare. alii inferna contorcenda imperii sorte obuenerint. eosque cauere ne usurpata alienarum partium sollicitudine inter se bellum excitent. Similiter ergo asserant quod terrarum curam non habeat. sicut maris vel inferni non habet. Et quomodo ipsi excludunt quos sequuntur poetas? Sequitur illa responsio vtrum deum. si operis sui cura non preterit. pretereat scientia.

Ergo qui plantauit aurē nō audit. q̄li finxit o-
 culum non videt. **N**on p̄terit hec vana opinio
 sanctos p̄phetas. **D**eniq; dauid inducit eos lo-
 quentes. quos sup̄bia inflatos asserit. **Q**uid ei
 tam sup̄bum. q̄ cum ipsi s̄b peccō sint. alios indi-
 gne ferant peccatores viuere. dicentes. vsq; q̄
 peccōres dñe. vsquequo peccatores gloriabunt̄.
Et infra. **E**t dixerunt nō videbit dñs. neq; intel-
 liget deus iacob. **Q**uibus respōdit p̄pheta dicens
Intelligite nūc insipientes in populo. et stulti a-
 liquando sapite. **Q**ui plantauit aurem non au-
 diet. aut qui finxit oculum non considerat. **Q**ui
 corripit gentes non arguit. qui docet hominem
 sciētiam. **D**ñs scit cogitatōnes hominū quoni-
 am vane sūt. **Q**ui ea quecūq; vana sūt dephē-
 dit. ea que sancta sūt nescit. et ignorat qd̄ ipse
 fecit. potest opus suū ignorare artifex. **H**omo
 est et in ope suo latentia deprehendit. et deus om̄s
 opus suū nescit. **A**lti⁹ ergo profundū in ope. q̄
 in auctore. **E**t fecit aliquid qd̄ supra se eēt. cui⁹
 meritum ignoraret auctor. cuius affectū nescit⁹
 arbiter. **H**ec illis **C**eterū nobis satis est ipsius
 testimoniū qui ait. **E**go sum scrutans corda et
 tēnes **E**t in euāgelio quid̄ ait dñs ihesus. **Q**uid
 cogitatis mala in cordib⁹ vestris. **S**ciebat enī
 q̄ cogitarent mala. **D**eniq; euāgelista testat̄
 dicens. **S**ciebat enim ihesus cogitatōnes eorum.

Quorum non poterit satis mouere opinio. si facta e-
orum confiderem. Nolunt supra se esse iudicem
quem nil fallat. Nolunt ei dare occultorum scientiam.
qui metuunt occulta sua prodigia. Sed etiam dominus sci-
ens opera eorum tradidit eos in tenebras. In no-
cte inquit fur erit. Et oculus adulteri seruabit te-
nebras dicens. non considerabit oculus et latibulum
personae opposuit fure. Omnis enim qui lucem fugit
diligit tenebras. studens latere cum deum latere non
possit. qui intra profundum abyssi. et intra hominum
mentes. non solum tractata. sed etiam uolueda cog-
scit. Denique et ille qui dicit in ecclesiastico. quis
me uidet. et tenebre operiunt me et parietes. quem
vereor. quamuis in lectulo suo positus hec cogitet.
ubi non putauerit comprehenditur. Et erit inquit
dedecus quod non intellexerit timorem dei. Quid au-
tem tam stolidum. quam putare quod deum quicquam pretereat.
cum sol qui minister luminis est. etiam abdita penetret.
et in fundamenta domus vel secreta condauis vis
caloris eius irrumpat. Quis neget uerna tempe-
rie. tepescere interiora terrarum. quas glacies hy-
berna constrinxerit. Norunt ergo arborum occul-
ta vim caloris vel frigoris. adeo ut radices arbo-
rum aut uerantur frigore. aut fetu solis uirescant.
Denique ubi dementia celi arripserit. varios ter-
ra se fundit in fructus. Si igitur radius solis fudit lu-
men suum super orbem terrarum. et in ea que clausa sunt inserit.

Similiter

nec redibus ferreis. aut grauiū valuarū obici-
 bus. quo minus penetrat impeditur. quomodo
 nō pōt intelligibilis dei splēdor. in cogitatōes
 hominū et corda. semet que ipse creauit insere-
 re. sed ea que ipse fecit non videt. et fecit vt me-
 liora sint que facta sunt. et potentiora. q̄ ipē ē
 qui ea fecit. vt possint quādo volūt cognitōem
 sui opatoris latere. **Tantā ergo virtutem et po-**
testatem inserit mentib⁹ nostris. vt eam comp-
hēdere cum velit ipse nō possit. duo absoluim⁹.
 et vt arbitramur nō incōgrue nobis hmōi cō-
 dit disputatō.

Cur peccōres abundēt
cū iusti egeāt et afficiātur Capitulum. 10.

Tercium gen⁹ questionis residet hmōi.
Cur peccōres habūdent opib⁹ et diuitijs.
epulentur iugiter sine merore. sine luctu.
 Iusti autem egeant et afficiantur. aut coniugū
 amissione. aut liberozū. **Quib⁹ satisfacere debu-**
 it illa euangelij parabola. q̄ diues purpura et
 bisso induebat. et epulas copiosas exhibebat
 quotidie. **Paup autem plen⁹ vlcerū de mensa**
 eius colligebat reliquias. **Post obitum vero v-**
 triusq; paup erat in sinu abrahe requiē habēs
 diues autē in supplicijs. **Nonne euident est me-**
 ritorum. aut premia aut supplicia post mortem
 manere. **Et recte quia in certamine labor ē. post**
 certamē alijs victoria. alijs ignominia. **Nūqd**

pius q̄ curfus conficiatur. palma cuiq̄ datur
aut defertur corona. Merito paul⁹ certamen in
quit bonū certavi. cursum cōsummaui. fidem serua
ui. **Q**d reliquū. ē posita est michi corona iusticiē
quam red det michi dñs in illa die iustus iudex
Non solum autem michi. sed etiam hīs quā di
ligunt aduentū eius. **I**n illa inquit die red det.
non hic. **H**ic autem in laborib⁹. in piculis. nau
fragiis. quasi athleta bonus decertabat. q̄ scī
ebat. quomā p̄ multas tribulatiōes oportz nos
intrare in regnū dei. **E**rgo nō potest quis p̄miū
accipere nisi legitime certauerit. **N**ec est glorio
sa victoria. nisi ubi fuerint laboriosa certamina
Nōne iniustus est. qui ante dat premiū q̄ certa
men fuerit absolutū. **I**deoq; dñs in euangelio
ait. **B**eati paupes spiritu. qm̄ ip̄oz est regnū ce
loz. **N**on dixit. beati diuites. sed paupes. **I**nde
incipit beatitudo iudicō dīno. vbi erumpna esti
matur humano. **B**eati qui esuriūt. q̄ ipi satura
būtur. beati qui lugēt. qm̄ ipi cōsolatiōem habe
bunt. beati misericordes qm̄ ipis miserebit de⁹
beati mundo corde. quomiam ipi deū videbunt.
beati qui p̄secutiōnem patiuntur p̄pter iusticiā.
qm̄ ip̄oz est regnum celoz. beati estis cū vobis
maledicēt hoies. ⁊ p̄sequentur. et dicent omne
malum aduersum vos p̄pter iusticiā. **G**audete
⁊ exultate qm̄ merces vestra copiosa est in celo.

futuram non p̄ntem in celo non in terra merce-
 dem promisit esse reddendā. Quid alibi posās
 quod alibi debetur? quid p̄p̄ere coronā erigis.
 ante q̄ vincas? Quid det̄gere puluerē. quid re-
 quiescere cupis? Quid epulas gestis ante q̄ sta-
 dium soluat̄? Adhuc popul⁹ spectat. Adhuc
 athlete in scemate sunt. et tu iam ociū petis. S;
 forte dicas. Cur impij letantur? cur luxuriantur?
 cur etiam ipi non mecum laborāt? qm̄ qui non
 subscriperint ad coronam. non tenētur ad la-
 bore certaminis. Quī in stadiū non descende-
 rint. non se pfundūt oleo. nō oblitūit puluere.
 Quos manet gloria. exspectat iniuria. Vngueta
 ti spectare solent. non decertaē. non solem. est⁹
 puluerē. imbrēs q; p̄peti dicant ergo et ipi atle-
 the. venite. nobiscum laborate. S; respondēt spe-
 ctatores. Nos hic interim de vobis iudicamus.
 vos autem sine nobis corone si viceritis gloriā
 vendicabitis. Isti igitur qui in delicijs. quā in lu-
 xuria. rapinis. questib⁹. Honorib⁹. studia posue-
 runt sua spectatores magis sunt q̄ preliatores
 Habent lucrum laboris. fructum virtutis nō ha-
 bent. fouēt ociū. astucia et improbitate aggerāt
 diuiciā aceruos. sed exoluēt seram. licet neq̄
 cie sue penam. Horū requies in inferno. tua ve-
 ro in celo. Horū domus in sepulchro. tua in pa-
 radiso. Vnde pulchre vigilare eos in tumulo.

Job dixit. qz soporem quietis habē nō pñt. quē
ille dormiuit qui surrexit xps. **N**oli igitē vt par
uul⁹ sapē. vt paruul⁹ loqui. vt paruul⁹ cogita
re. vt puul⁹ vendicare ea que sunt posterioris
etatis. **P**fectoz est corona. **E**rspecta vt veniat
quod pfectum est. quando nō p spēm i emigma
te. sed faciē ad faciē formā ipsam redopte vei
tatis possis cognoscere. **T**ūc qua causa ille di
ues fuerit q̄ erat improb⁹ ⁊ raptor alieni. q̄ cau
sa potens ali⁹. qua causa ille abundauerit li
bels. ille fultus honozib⁹. ⁊ uelabitur. fortasse vt
dicatur raptori diues eras. qua causa aliena ra
piebas? **E**gestas non compulit. inopia non cō
git. **N**onne ideo te diuitem feci. vt excusatōnem
habere non possis? **D**icatur etiā potenti. cur nō
affuisti vidue. orphamis quoq; iniuriam patie
tibus? **N**ūquid tu infirmus eras? **N**ūquid non
poteras subueniē? **I**deo te feci potētē. vt nō in
ferres iniuriā violentiam. sed repelleres. **N**ō tibi
scriptū ē **E**ripe iniuriā accipientē. nō tibi scri
ptū est. **E**ripite pauperē. ⁊ egenū de manu pecca
toris liberate? **D**icāt etiā abundātū libris. **N**o
nonibus te cumulatū salubritatem corporis con
cessi tibi. **C**ur non secutus es precepta mea? **f**a
mulus meus quid feci tibi. aut qd̄ contristauit te?
Nōne ego tibi liberos dedi. honores contuli salu
tē donauī? **C**ur me negabas? **C**ur estimabas q̄

ad scientiam meam que gereres non puenirent.
Cur tenebas dona mea. despiciebas mandata
 mea. Demiq; de iuda proditore hec colligere licet.
 qui a apostol^o inter duodecim elatus est. a locu-
 los pecuniarum quas paupibus erogaret comis-
 sos habebat. ne videretur aut quasi inhonorus.
 aut quasi egen⁹ dominum perdidisse. Et ideo ut iusti-
 ficaretur in eo dominus hec ei contulit. ut non quasi
 iniuria exasperatus. sed quasi pariter gratiam
 maiori esset offensam obnoxius.

De bono officio quod homini congruit ab adolescen-
tia. Et quod verecundia multimodis fit Capitu. II.

Quoniam igitur a penam improbitati. et
 virtuti fore premium satis daruit. de offi-
 ciijs aggrediamur dicere. que nobis ab a-
 dolescentia spectanda sunt. ut cum etate accrescant
 simul. Est igitur bonorum adolescentium timorem
 dei habere. deferre parentibus. honorem habere
 moribus. castitatem tueri. non aspernari humili-
 tatem. diligere clementiam ac verecundiam. que
 ornamento sunt minori etati. **V**t enim in senibus
 gravitas. in iuuenibus alacritas. ita in adolescen-
 tibus verecundia velut quadam dote commendat
 nature. **E**rat Isaac deum timens. utpote abrahe
 indolis. deferens patri usque eo. ut aduersus pa-
 trina voluntatem. nec mortem recusaret. **J**oseph
 quoque cum sompnasset quod sol et luna et stelle

no.

adorarent eū. sedulo tñ obsequio. deferēbat pa-
tri. **C**ast⁹ ita ut ne sermonē quidē vellet audi-
re nisi pudicum. **H**umilis vsq; ad seruitutē. ve-
recund⁹ vsq; ad fugam. patiens vsq; ad carce-
rem. remissor iniurie vsq; ad remuneratōnem.
Cui⁹ verecūdia tāta fuit. vt oꝓhensus a muliere
vestem in manib⁹ eius fugiēs mallet relinquē
q̄ verecūdiā deponere. **M**oyse quoq; a **J**ere-
mias electi a dño vt oracula dei predicarēt po-
pulo. quod poterant p grām. excusabāt p vere-
cūdiā. **P**ulchra igit⁹ virt⁹ verecūdie a suavis
grā. que nō solū in factis sed etiā in ipis specta-
tur sermōib⁹. ne modum progredialis loquē-
di. nequid indecor⁹ sermo resonet tu⁹. **S**peculū
enim mētis plerūq; i verbis ēfulget. **I**p̄m vōis
sonū libret modestia. ne cuiusq; offendat aurē
vox fortior. Deniq; in ipō. canēdi genē prima di-
sciplina verecūdia est. ymmo etiā in omī vsu
loquendi. vt sensim quis aut psallē aut canere
aut postremo loquī incīpiat. vt verecūda. prim-
cipia cōmendēt p̄cessum. **S**ilēciū quoq; ip̄m in
quo est reliquarum virtutū ocū. maxim⁹ ad⁹
verecūdie est. Deniq; si aut infancie putatur.
aut supbie p̄bro datur. si verecūdie laude ducit.
facebat in periculis susanna. et grauius vere-
cūdie q̄ vite dampnum putabat. **N**ec arbi-
trabatur periculo pudoris tuendam salutem.

no.

no.

deo soli loquebatur. cui poterat casta verecun-
 dia eloqui/ refugio erat ora intueri viroꝝ. **E**st ei
 et in oculis verecundia. vt nec videre viros fe-
 mina nec videri velit. **N**eq; vero quisq; solius
 hanc laudem castitatis putet. **E**st enim vere-
 cundia pudicię comes. cuiꝝ societate castitas
 ipa tucior est. **B**onꝝ enim regende castitatis pu-
 dor est comes. qui si pretendat et que prima pi-
 cula sunt pudiciam temptat non finat. **H**ic p-
 mus in ipso cognitiõnis ingressu dñi matrē cõ-
 mendat legentibus. ⁊ tanq; testis locuples di-
 gnã que ad tale munꝝ eligeretur astruit. q; in
 cubiculo. q; sola q; salutata ab angelo tacet. et
 mota est in introitu eius. q; ad virilis sexꝝ spe-
 ciem peregrinam turbat aspectꝝ virginis. **I**ta-
 q; q; quis humilis. pre verecundia tamẽ nõ es-
 lutauit. nec vllum responsum etulit. nisi vbi de
 suscipienda dñi generatiõne cognouit. vt qua-
 litatem effectus disceret. non vt sermonem pre-
 ferret. **I**n ipsa quoq; oratiõne nostra multum ve-
 recundia placet/ multum conciliat gracie apud
 dñm nostrũ. **N**onne hec ptulit publicanũ. ⁊ cõ-
 mendauit eum. qui nec oculos audebat ad celũ
 leuare. **I**deo iustificatur magis dñi iudicio q; il-
 le phariseus. que deformauit psumptõ. **I**deoq;
 oremꝝ in incorruptiõne quieti ⁊ modesti spũs q;
 est ante deum locuples vt ait petrus. **M**agna

igitur modestia que cum sit etiam sui iuris remif-
 sior nichil sibi usurpans nichil vendicans et quod
 dāmodo inter vires suas contractior diues est
 apud deum. Apud quē nemo diues diues est
 modestia quia dei portio est. Paulus quoque orati-
 onem deferri precepit cum verecundia et sobrietate.
 primam hanc et quasi preuiam vult esse orationis
 future ut non gloriatur peccatoris oratio sed qua
 si colorem pudoris obducat et quo plus defert
 verecundie de recordatione delicti eo vberiore
 mereatur gratiam. Est et in ipso motu gestu in-
 cessu tenenda verecundia habitus enim men-
 tis in corpore statu cernitur. Hinc homo cordis
 nostri absconditus aut leuior aut iactantior aut
 turbidior aut contra grauior et constantior et pu-
 rior et maturior estimatur. Itaque vix quedam
 est animi corporis motus. Meministis filij quen-
 dam amicum cum sedulis se videret commendare
 officijs hoc solum tamen in derum a me non
 receptum quod gestus eius plurimum dederet.
 Alter quoque cum in clero repissem iabere me ne
 unquam preiret michi quod velut quodam insolentis
 incessus vertere oculos feriret meos. Idque di-
 xi cum reddetur post offensam muneri hoc so-
 lum excepit. Nec sefellit sententia. Vterque ei ab ec-
 cllesia excessit ut qualis incessus precebat talis pro-
 dia aut demostretur namque aut arriane infestacionis

no

no

tpe fidem deseruit. **A**lter pecunie studio sic indi-
 cium subiret. sacerdotem se nostrum negauit.
Lucebat in illorū incessu ymago leuitatis. spes
 quedam scurrarum pcurfantū. **S**unt etiam q̄
 sensim ambulando imitatur histrionicos gest⁹
 a quasi quedā feracula pomparum et statuarū
 motus mitantium. vt quocienscunq; gradum
 transferunt. modulos quosdam seruare. vide-
 antur. **N**ec cursim ambulaē honestum arbitror
 nisi cum causa exigit alicui⁹ piculi vel iusta ne-
 cessitas. **N**am plerumq; festinantes anbelos
 videmus torquē ora. quibus si causa desit festi-
 nationis necessitate. neuus iuste offensiois est
 Sed non de hys dico. quibus rara apperacō ex
 causa nascit. sed quibus iugis a continua i na-
 tura vitit. **N**ec in illis ergo tāq̄ simulachrorū
 effigies probo nec i istis tamq̄ excussorum rui-
 nas. **E**st etiam gressus probabilis. in quo sit spe-
 cies auctoritatis grauitatisq; pondus tranquil-
 litatis restigium. **I**ta tamen si studium desit at-
 q; affectatio. sed motus sit pur⁹ ac simplex. **N**i-
 chil enim fucatum placeat. motum natura infor-
 met. Si quid sane in natura vicij est. industria
 emendz. vt ars desit correctio. **Q**d si etiam ista
 spectantur alcius q̄ to magis cauendum est ne
 quid turpe ore exeat. **H**oc enim grauiter coinq̄-
 nat hominem. **N**ō enī abus inquinat s; iniusta

obrectacō. sed verborū obscenitas. hec etiā vulgo pudori sunt. In nostro vero officio. nullū verbum qđ inhoneste cadat. nō incutit verecundiā. Et non solum nichil ipi in deorū loqui. s̄ ne aures quidem debem⁹ h̄mōi pretere dictis sicut ioseph. ne incongrua sue audire; verecūdie. vestre fugit relicta. Quomā quē delectat audire. aliter loq̄ prouocat.

Qđ quedā nostri mēbra corpis p verecūdia abscondere debeat? Capitulum. 12.

Intelligere quoq; qđ turpe sit pudori maxime est. Spectare vero si quid h̄mōi fortuitu accedat. quanti horrois est. Quod ergo in alijs displicet. nunquid potest in seipso placere. Nec ipsa natura nos docet. que perfecte quidem omnes partes nostri corporis. explicauit vt necessitati consuleret. a gratiam venustaret. Sed tamen eas que deori aspectus forent. in quibus forme aper quasi in arce quadam locatus. et figure suauitas. et vultus species emineret operandiq; vsus esset parator. obuias atq; apertas eliquit. Eas vero in quibus esset naturale obsequium necessitatis. ne deforme sui preberet spectaculum. partim tamq̄ in ipso emedauit atq; abscondit in corpore partim docuit et sua sit tegendas. Nōne igitur ipsa natura est. magistra verecūdie. cuius exemplo

modestia hominū. quā a modo scientie quīd de
 ceret appellatam arbitror id quod in hac no
 stri corpis fabrica abditum ēpperit operuit a te
 ruit. vt ostium illud qđ ex transuerso faciēdū
 in archa illa Noe iusto dictum est. i qua l' ecclie
 vel nostri figura est corporis. p qđ ostium egerū
 tur ēliquie ciborū. Ergo natuē opifex sic nostre
 studuit verecundie. sic decorū illud et honestū
 in nostro custodiuit corpe. vt velut duā quos
 dam aque exitus cumulozū nostrorum post ter
 gum elegaēt. atq; ab aspectu nostro auerteret
 ne purgacō ventris vsū oculorū offenderet. de
 quo pulchre apostol' ait. Que videntur inquit
 membra corporis inferiora necessariora sūt. Et
 que putam' ignobiliora esse membra corporis
 hīs habundancōem honorem circumdamus
 a que inhonesta sūt nostra honestatē habūdā
 cōrem habent. Etenim imitacōne nature indu
 stria anxie grāciam. Quod alio loco etiā alci
 us interpretati sum'. vt non solum abscondā
 ab oculis. Vex etiā que abscondēda accipim'
 eorum iudicia vsusq; membrozū suis appellacōi
 bus nūcupaē indecorū putem'. Demiq; si casu
 apiantur hee partes. confunditur verecundia
 si studio impudentia estimaē. Vnde a fili' noe
 eham. offensam retulit. quia nudatum videns
 patrē risit. Qui aut operuerūt patrē acceperūt

bñdictōnis grām. Ex quo mos vetus. a in vrbe
 Roma. a implerisq; ciuitatib⁹ fuit. vt filij cū pa
 rentib⁹ puberes vel generi nō lauarent. ne pa
 terne euerentie auctoritas minuereſ. Licet ple
 riq; ſe a in lauacro quantū poſſunt tegant. ne
 vel illic vbi nudum totum corpus eſt. hmoi in
 tecta porcō ſit. Sacerdotes quoq; veteri more ſi
 cut in exodo legim⁹. Et facies illis bracas line
 as vt tegatur turpituſo ſudoris. a lumbis vſq;
 ad femora erunt. Et habebit eas aaron. et filij
 eius cum intrabūt in tabernaculum teſtimoni
 et cum accedent ſacrificare ad aram ſancti. et
 non induent ſup ſe pccm ne moriantur. Quod
 nonnulli noſtroꝝ ſeruare ad huc feruntur ple
 riq; ſpirituāli interptacōne. ad cautionem ve
 recūdie. a cuſtodiam caſtitatis dictū arbitranſ

Ordo verecundie Capitulu. 12.

Delectauit me diuicius in partib⁹ demora
 ri verecūdie. qz ad vos loquebar. qz au
 bona ei⁹ ex vobis eꝛognoſcuis. aut dam
 pna ignoratis. Que cū ſit oib⁹ etatib⁹ pſonis
 temprib⁹ a locis apta. tamen adoleſcentes iu
 uenileſq; annos maxime decet. In omi aut ſuā
 dū etate. vt decet qd agas. a cōueniat et qua
 diet ſibi ordo vite ſue. vñ tullij eē ordinē putat
 i illo decoꝛe ſuari oportē. idq; poſitū dicit in ſormo
 ſitate ordine oꝛtu ad adōꝛz apto. Que difficile

aie loquendo explicari posse. a ideo satis esse in-
 telligi. formositatem autem cur posuerit non in-
 telligo. Quamuis enim ille vires corporis lau-
 det. nos certe in pulchritudine corporis. locum
 virtutis non ponim⁹ grām tamen non excludi-
 mus quāa verecundia a vultus ipōs solet pūdo-
 re effundē. graciosioresq; reddē. vt enim artifex
 in materia cōmodiore. melius operari solet. sic
 verecundia in ipso quoq; corporis decore plus e-
 minet. Ita tamen vt etiā ipse non sit affecta-
 lis decōr corpis. sed naturalis simplex. neglect⁹
 magis q̄ expētus. Non pretiosis et alienat⁹
 admittis vestimentis. sed coibus vt honestati
 vel necessitati nichil desit nichil accedat mitiori.
 Vox ipsa non ēmissa non fracta. nichil femine-
 um sonans. qualē multā grauitatis specie simu-
 late confuerunt. sed formam et quandam ēgu-
 lam ac sicam virilem reseruans. Hoc est enim
 pulchritudinem viuendi tenere. conuenientia
 cuiq; sexui a p̄sone reddē. Dic ordō gestorū op-
 timus. hic ornatus ad omnem actionem accō-
 mod⁹. sed vt molliculū a infractum. aut vocis
 sonum aut gestum corporis non probo ita ne-
 q; agrestē ac rustici. Naturā imitemur eius ef-
 figies formula. discipline forma honestatis ē.
Qd̄ p̄pter diuina aut fabulas seculares do-
 mos alienas non audire debeamus Capitu. 18.

Habet sane suos scopulos verecundia nō
 quos ipsa inuehit sed quos sepe inue
 rit. Sed ne in intemperantium incidam⁹
 conforcia qui sub spei e iocūditatis venenū in
 fundūt bonis. hī si assidui sunt. ⁊ maxime in cō
 uiuio. ludo ac ioco eneruant grauitatem illam
 vitilem. **Caueam⁹** itaq; nedū relaxare animū
 volum⁹. soluum⁹ omnem armoniā. quasi con
 tentum quendā tonorum opeꝝ. **V**sus enim cito
 inflectit naturā. vnde prudenter factis conueni
 re ecclesiasticis. ⁊ maxime ministrorum officijs
 arbitror declinare extraneorum conuiuia. **V**t
 iphi hospitaes sūt peregrinantibus vel vt ea
 cauōne nullus sit obprobrio locus. **C**onuiuia
 quippe extraneorum occupacōnes habent. cū
 etiā epulandi prodūt cupiditatem subrepūt
 etiā fabule frequenter. de seculo ac volupta
 tibus. **C**laudere aures nō potes. prohibē puta
 tue superbie. **S**ubrepūt etiā preter volunta
 tem pocula. **M**eli⁹ est tue domui semel excuses
 q̄ aliene frequēter. Erut ipē sobri⁹ fugas. tñ ex
 aliena insolētia v̄dempnari nō d; p̄ntia tua vi
 duaz ac v̄ginū domos. n̄ visitādi grā iuniores
 adire nō ē op⁹. **E**t hoc cū senioribz. hoc est cū pre
 sbiteris. vl si grauior ē causa cū ep̄o. qd necē est
 vt dem⁹ secularibz obrectādi locū. qd op⁹ est
 vt ille q̄ visitacōis crebre accipiāt auctoritatē

R8 si aliqua illarū forte labit̄ cur alieni lapsus
 fiteas inuidiam. Quā multos etiā fortes illece
 bra decipit. Quanti non dederunt erroi locū et
 dederunt suspiciōi. Cur non illa tempa quib⁹
 ab ecclia vacas. lectiōi impendas. Cur nō cri
 stum reuisas. xp̄m alloquaris. xp̄m audias. Il
 lum alloquimur cū oramus illū audim⁹ cū di
 uina legim⁹ oracula. Quid nobis cum alienis
 domibus. vna est domus que om̄s capit. Illi
 potius ad nos veniant. qui nos requirunt. q̄d
 nobis cum fabulis. Ministerium altarib⁹ xp̄i.
 non obsequium hominib⁹ deferendū ēcepim⁹
 humiles decet eē mites decet mansuetos ḡtues
 patientes modū tenere in omnibus vt nullū
Benedictō pituri i me veniebat. Nonne hic for-
 tissim⁹ qui tam fortiter prulit impet⁹ diaboli et
 vicit cum virtute mentis sue. Neq; vero de ei⁹
 dubitādū fortitudie cui dicit dñs **A**ccēge sic vir-
 lumbos tuos. suscipe altitudinem et virtutē. Om-
 ne autem iniuriosum humiliato **A**plus quoq;
 ait. **H**abetis fortissimā consolacōnem. **E**st ergo
 fortis qui se in dolore aliquo consolatur

¶ 8^a ea Jure fortitudo vocat que oia vicia

Seu vera iure **¶** conterit Capit. 27.
 ea fortitudo vocat. qm̄ vnusquisq; seip-
 sum vincit iram continz. nullis illecebris
 emolliat atq; inflectit. non aduersis perturbat
 non extollitur secundis. et quasi vento quodā
 variarum rez circūfertur mutacōne. **Q**uid au-
 tem exēlsius et magnificenti⁹ quod exercē mentē
 afficē carnem. in seruitutem redigere. vt obedi-
 at imperio consilij obtemperet. vt in aduendis
 laborib⁹ impigree exequatur ppositum animi ac
 voluntatem. **H**ec igitur prima vis fortitudinis
 quoniam in duob⁹ generib⁹ fortitudo flectitur a
 nimi primo vt externa corporis p minimis ha-
 beat et quasi supflua despiciēda magis quod exspe-
 ctanda ducat. **S**ecūdo vt ea que summa sunt. oēs qz

res in quibus honestas et illud deorum proponendum
cernitur p̄clara animi intentione vsq; ad effectum
prosequatur. Quid enim tam preclarum quam ut ita animi
infirmes tuum. ut neque diuicias neque voluptates
neque honores in maximis constituas. neque in his
studium omne contendas. Quod cum ita affectus animi fue-
ris necesse est ut illud honestum ac deorum proponen-
dum putes Illique mentem intendas tuam ut quicquid
quid acciderit. quo frangi animi solent. aut pa-
trimonium amissio. aut honoris imminutio aut ob-
tractio infidelium quasi superior non sentias. De
inde ut te salutis ipsius pericula pro iusticia suscepta
non moueat. hec vera fortitudo est quam habet cri-
stus athleta qui nisi legitime certauerit non coro-
nabitur. An mediocre videtur tibi preceptum for-
titudinis. Tribulatio patientiam operatur. patientia
probationem probationem autem spem. vide quot certa-
mina et una corona. quod preceptum non datur nisi qui
est confortatus in christo ihesu. Cuius caro requiem non
habebat. afflictio vndique. foris pugne. intus timores.
Et quis in periculis. in laboribus plurimis. in car-
ceribus. in mortibus positus animo tamen non frangebatur
sed preliabatur a deo. ut potentior suis fieret infir-
mitatibus.

**Despectio rerum terrenarum
et de mortificatione et tranquillitate seruorum dei**

Capitulum tricimum sextum

I

Taq; considera quēadmodū eos q̄ ad officia ecclesie accedunt despiciētiā reꝝ humanarū habere deceat. **S**i ergo morui estis cum cristo ab elementis hui⁹ mundi quid adhuc velut viuetes de hoc mundo deceratis. **N**e tetigeritis. ne attrinaueritis. ne gustaueritis que sunt omnia ad corruptelam ip̄o vsu. **E**t infra. **S**i ergo confurreristis cum xp̄o. q̄ sursum sunt querite. **E**t iterū. **M**ortificate ergo membra vestra que sunt sup̄ terram. **E**t hęc quidem adhuc omnibus fidelib⁹. **T**ibi autem fili contemptum diuiciarū profanarū p̄sonarum q̄ a anilium fabularū suadet declinaconem nichil pmittens nisi qd̄ te exerceat ad pietatem. **Q**uia corporalis exercitatio nulli rei vsus est. pietas autem ad omia vtilis. **E**xerceat ergo te pietas ad iusticiam continentiā mansuetudinē vt fugias iuuenilia opera confirmatus a radicans in gracia. **B**onum fidei subeas certamen. **N**on te implicēs negocijs secularib⁹ qm̄ deo militas. **E**t enim si hñ qui impatori militant susceptioni bus litū. actu negociorū forensium vendicōne mercū phibentur humanis legib⁹. quāto magis qui fidei exercet miliciā ab omi vsu negociacōnis abstinere debet. agelluli sui cōtentus fructib⁹ si habet. si non habet stipendiorū suorū fructu. **S**i quidē bon⁹ testis est. q̄ dicat **I**uuenis

fui a sentis a nosi vidi iustum derelictum. nec se
men eius querēs panē. **E**a est enī trāquillitas
anīmi a tpanētia que neq; studio querēdi affi
ciē neq; egestatis metu tāgitur. **E**a est etiā q̄
dicitur vacuitas anīmi a languorib⁹. vt neq; i
dolozibus molliores simus. neq; in prosperis e
lacōres. **Q**uod si hī qui ad capeſſendā rem publi
cam ad hortātur aliquos. **H**ec precepta dāt. quā
tomagis nos quā ad officiū ecclie vocamur ta
lia debemus agere que placeant deo vt virtus
xp̄i pretendat in nobis. **E**t ita simus nostro p
bati **I**mpatori. vt mēbra nostra arma iusticie
sint. **A**rma non carnalia in quib⁹ peccatum re
gnet sed arma fortia deo. quibus peccatum de
ſteuatur. **M**oriat̄ caro nrā vt in ea omis culpa
moriatur. et quasi ex mortuis iuētes nouis ē
furgam⁹ opib⁹ ac morib⁹. **H**ec sūt plena hone
ſti a decol officij stipendia fortitudinis.

De cōtemptu pſecucōnis. Capitulum. 31.

Sed qz in omnib⁹ que agimus nō solum
q̄d honestum sed etiā quid possibile sit
querim⁹. ne forte aggrediamur aliquid
q̄d nō possi⁹ ereq̄. vñ nos tpe pſecucōnis de ci
uitate in ciuitatē cecēde ymmo vt verbo ipso v
tar fugē vult dominus ne temere aliquis dum
martiriū desiderat gloriā offerat se picul q̄ fortal
se caro infirmior aut remissior anīmus ferre

ac tolerare non queat. Nec tunc usque propter igno-
 riam cedere quis ac deserere fidem debet metu pe-
 riculi. Quia gratia preparandus est animus. exercenda
 mens. Stabilienda ad constantiam. ut nullis
 perturbari animus possit terroribus. nullis frangi
 molestiis. nullis suppliciis cedere. Que difficile
 quidem sustinentur. Sed quia omnia supplicia
 grauiorum suppliciorum vincuntur formidine. ideo
 si consilio firmes animu tuum. nec ratione disce-
 dendum putes. et proponas diuini iudicii metum
 perpetui supplicii tormeta putes. animi subire to-
 lerantiam. Hoc igitur diligentius est ut quis ita
 se comparet illud ingenij ¶ De prouidendo adu-
sa rationabili cogitatione Capitulum .38.

Siquis potest vigore mentis preuidere que
 futura sunt. et tanquam ante oculos locare
 quid possit accidere. et quid agere debeat
 si ita acciderit dissimulare. interdum duo et tria si-
 mul voluere. animoque omnia. aut singula. aut
 commixta accidere posse. Et aut singulis. aut com-
 mixtis disponere actus. quos intelligat profutu-
 ros. forsitan ergo est viri non dissimulare. cum alii
 quid imminet. se preuidere et tanquam explorare de
 specula quadam mentis. et obuia cogitatione pre-
 uida ebus futuis. ne forte dicat postea ideo ista
 incidi quia non arbitrabar posse euenire. Deni-
 que nisi explorentur aduersa cito occupant ut in

bello improūsus hostis vix sustinetur. et si impa-
ratos inueniat facile opprimit. ita animū mala
in explorata pl⁹ frangūt. In hīs igitur duob⁹
illa est animi excellentia. vt primū anim⁹ tuus
bonis exercitatus cogitacōib⁹. mūdo corde qd
verum et honestum est videat. **B**eati enī mūdo
corde. quia ipsi etiam deum videbunt. atq; id
quod honestū est solum bonum iudicet. **D**eī
de nullis p̄turbetur occupationibus. nullis ci-
piditacōibus fluctuet. **N**eq; vero id facile quisq;
facit. **Q**uid enim tā difficile q̄ despicere tanq̄ ex
arte aliqua sapientie opes. aliaq; omnia. que
p̄ferisq; videantur magna et preclla. **D**eīde vt
iudicium tuum stabili racōne confirmes. et que
iudicaueris leuia tāq̄ nichil p̄futura contem-
pnas. **D**eīde vt si quid acciderit aduersi. **I**d q;
graue et acerbū putetur. ita feras vt nichil pre-
ter naturam accidisse putes cum legeris. nud⁹
sum natus. nudus exibo. que dōmin⁹ deus dedit
dñs abstulit. **E**t vtiq; et suos amiserat et facultates.
Seruesq; in omib⁹ p̄sonam sapientis et
iusti. sicut ille seruauit qui ait. sicut dño placu-
it ita factū est. sit nomen dñi benedictum. **E**t in-
fra. **S**icut vna insipientium mulierū locuta es.
Si bona suscepim⁹ de manu dñi. q̄ mala sūt susti-
neamus.

Laus fortitudinis. **C**apitulum. 39.
Que gerat bellum cum vicijs.

Non est igitur mediocris nec discretā a ceteris animi fortitudo que bellum cum virtutibus gerat. sed que sola defendat ornamenta virtutum omnium. et iudicia custodiat. et que in expiabili prelio aduersus omnia vicia decernat. Inuidia ad labores. fortis ad pericula. rigidior aduersus voluptates. dura aduersus illecebras quibus aurem deferre nesciat. nec ut dicuntur aue dicat pecuniam negligat. auariciam fugiat. tanquam latrem quādam que virtutem effeminet. Nichil enim tam contrarium fortitudini quam lucro vincii frequenter pulsus hostibus. indinata in fuga aduersariorum acie dum exuuiis cesorum capitur preliator inter ipsos quos strauit miserandus occubuit. et triumphis suis deiecte legiones dum spolijs occupantur. hostem in se reuocauerunt. qui fugerat fortitudo igitur tam immanem pestem repellat et proterat. nec temptetur cupiditate. nec frangantur metu quia virtus sibi constat ut fortiter omnia persequatur vicia tanquam virtutis venena. Iracundiam velut quibusdam propulset armis que tollat consilium et tanquam egritudinem vitet. Glorie quoque caueat appetentiam que frequenter nocuit immoderate expetita. spem autem usurpata.

Quod sanctus Job cum predictis vicinis conflixit Capitulum 20.

Quid horū sancto Job vel in virtute defuit. vel in vicō obrepsit. Quō laborem egri-
tudinis. frigidis. famis pertulit. Quomo-
do desperit salutis piculum. Nūquid rapinis di-
uicie coaceruante. de quib⁹ tāta inopibus afflu-
bant. Nunquid auaricia census aut voluptatis
studia. cupiditatesq; exortauit. nunquid trium-
regū iniuriosa cōtencō vel seruoꝝ cōtumelia in
iram excussit. Nūquid gloria sicut leuē extulit
qui imprecabatur grauiā sibi si nūq̄ vel nō vo-
luntariam celauerit culpam vel reuerentis esset
multitudinem plebis. que min⁹ ānunciaret eā
in conspectu oim. Neq; enim consentanee sunt
vicijs virtutes sed sibi constāt. Quis igitē tam
fortis q̄ sanct⁹ Job. Cui secūd⁹ ad iudicari pōt
qui parem vir reperit.

**De sanctis in p̄-
lio fortitudine vincētib⁹. Capitulum. xi.**

Sed fortasse aliquos bellica defixos gloria
tenz vt putēt solā esse p̄liarē fortitudinē
a ideo me ad hec deflexisse. q̄ illa nūis de-
foret. Quā fortis ih̄s naue. vt vno prelio quīq;
reges captos sternēt cū popul⁹ suis. dein cū ad-
uersus gabaoitas surgēt p̄liū a vererēt. ne nos
impediēt victoriā. maḡ tudine mentis a fidei da-
mauit. Stet sol. Et stetit donec victoria consuma-
tur. Gedeon i trecentis viris de ingētī p̄lo a acer-
bo hoste reuexit triumphū Jonatha adolescēs

virtutem fecit in magno prelio **Q**uid de macha
 beis loquar. **S**ed prius de populo dicam patrum
 qui cum essent parati ad repugnandum pro te
 plo dei et p legitimis suis dolo hostium die laes
 fiti sabbati maluerunt vulneribus offerre nuda
 corpora quam epugnae ne violarent sabbatum. **I**ta
 q; omnes leti se morti obtulerunt **S**ed machabei
 considerantes q hoc exemplo gens omnis pos
 set perire sabbato etiam ipsi cum in bellum pro
 uocarentur. vlti sunt innocentium necem fratrum
 suorum. **V**nde postea stimulat rex anthiochus
 cum bellum accenderet p duces suos lisham micha
 nozem gorgiam ita cum orientalibus suis et affi
 rijs attritus est copijs. vt quadraginta et octo
 milia in medio campi a tribus milibus proster
 nerentur. virtutem ducis inde machabei. de vno
 eius milite considerate. **N**amq; Eleazarus cum
 supereminentem ceteris cleuantum lorica vestitu
 regia aduerteret arbitratu q in eo rex esset cu
 su concitus in medium legionis. se proripuit et
 abiecto dapeo vtraq; manu interficiebat bestiam
 atq; intrans sub eam. et subiecto gladio intere
 mit eam. **I**taq; cadens bestia oppressit Eleazarum
 atq; ita mortuus est. **Q**uanta igitur virtus animi
 primo vt mortem non timeret. **D**einde vt circū
 fusus legionibus inimicorum inconfertos raperet
 hostes. medium penetraret agmen et contempta

mozte ferocior abiecto dīpeo vtraq; manu vul-
nerate molē bestie subiret ac sustineret. Post
intra ipam succederet. quo pleniore ferret ictu.
cuius ruina indusus magis q̄ oppressus suo ē
sepultus triumpho. Nec sefellit opinio virū q̄
uis regius sefellit habitus. Tanto enī virtu-
tis spectaculo defixi hostes inermē occupatum
incurfare nō auri post casum tuentis bestie. sic
trepidauerunt vt impaēs se omīs vni⁹ virtutis
arbitrarētur. Demq; rex antioch⁹ līfic fili⁹. q̄
centū viginti hōim milibus armat⁹ venerat. et
cū triginta duob⁹ elefantīs. ita vt ab ortu sol-
p̄ singulas bestias velut mōtes quidam armo-
tū corusco tanq̄ lampadib⁹ ardentib⁹ refulge-
rent. Vnius territus fortitudine pacē rogauit.
Itaq; eleazar⁹ herede virtutis sue pacē reli-
quit. sed hęc triūphatorū sint. **De victo-
ria Jude machabei et Jonathe fr̄tris ei⁹. Ca. 22.**

Quē qz fortitudo nō solū sedis reb⁹. s; etiā
aduers⁹ pbat. spectem⁹ Jude machabei
eritū. Is enī post victū nichanorē regis
demetri⁹ ducem securior aduersus viginti milia
exercitus regis. cū nongētis viris bellū aduersus
volētib⁹ hīs cede ne multitudīne opprimeren-
tur gloriosam magis mortem q̄ turpem fugam
suasit ne crimen inquit nostre ēlinquamus glo-
rie. Itaq; commisso prelio cum a primo ortu die

II

in vesperam dimicaretur. dexterū cornu quo va-
lidissimam manū aduertit hostium aggressus
facile auerit. Sed dū fugientes sequitur a ter-
go vulnere locum prebiūt. Ita gloriofiozem tri-
umphis locum mortis inuenit. Quid Jonathā
fratrem eius atteram. qui cum parua manu ad-
uersus exercitus regios pugnans desertus a su-
is. et cum duobus tantum relicto? ēparauit bel-
lum. auerit hostem fugitātes suos ad societate
ēuocauit triumphū. Habes fortitudinem bellicā
in quo non mediocris honesti ac decori forma
est. qđ mortem seruituti preferat ac turpitudini

De passionib⁹ martirū **Capitulum 27**

Quid autem de martirū dicā passionibus
Et ne longius vagem. Nū minorem de su-
plo rege antiocho machabei pueri rene-
perunt triumphū qđ parentes propriū. Siquidē
illi armati isti sine armis vicerunt. Stetit inni-
ta septem pueroꝝ cohors. regis cuncta legioi-
bus. Defecerūt supplicia. cesserunt terrores. non
defecerunt martires. Alius coriū capitis exutus
speciem mutauerat. virtutem auerat. Ali⁹ lin-
guam iustus amputandā promē ēspondit. Nō
solos dñs audit loquētes. qui audiebat moy-
sen tacentem plus audit tacitas cogitacōnes
fuorum qđ voces omniū. Lingue flagellū times
flagellum sanguinis non times. habz a sāguis

vozem suam qua clamat ad deum. sicut dama
uit i abel. **Quid** de matre loquar. que spectabat
leta filioꝝ quot funera tot tropha. ⁊ morietū
uocibus tanq̃ psallentiū tantibus delectabat
pulcherrimā uentris sui cytharā in filijs cernēs
⁊ pictatis armoniā omni lire numero dulciōē
Quid de bimul loquar q̃ ante palmā uictorie
acceperūt q̃ sensum natūē. **Quid** de s̃cta agne
que in duaz maximarum rez posita piculo ca
sticitatis ⁊ salutis. castitatem proterit salutē cū
immortalitate cōmutauit. **De passione**
beati laurentij leuite. Capitulum. 22.

Non preteream⁹ etiam sandū laurentiū
qui cum uideret h̃ctū Ep̃m suum ad mar
tirium duci h̃c cepit. nō passionem illi⁹
sed suā remansionē. Itaq; h̃s uerbis appella
re cepit. **Quo** progredieris sine filio pater. **Quo**
sacerdos sancte sine diacono. pperas tuo. **Nūq̃**
sine ministro sacrificiū offerre cōfueueras **Quid**
in me ergo displicuit pater. nū de generē p̃ba
stū. **Expire** certe utq; ydoneū ministrum elegeris
Cui cōmisti dñici sanguinis cōsecratiōē. cui cō
sumādoꝝ consortiū sacramētōrū huic sanguis
tui cōsorniū negas. **Vide** ne p̃dites iudiciū tuū
dum fortitudo laudat. **Abiectio** discipuli detri
mentum est magistri. **Quid** q̃ illustres p̃stā⁹
viri discipuloꝝ certaminibus q̃ suis uincunt.

Dēniq; abrahā filiū obtulit. pete? stephanū
 premisit. et tu pater ostende in filio virtutem tu
 am. Offer quē erudisti vt securus iudicij comi
 tati nobili puenias ad coronā. Tunc fixus a
 it. Non ego te fili derelinquo ac desero. sed ma
 iora tibi detentur certamina. Nos quasi senes
 leuioris pugne. cursum recipim⁹. te quasi iuue
 nem. manet gloriofior de tyranno triumphus
 Mor venies flere desiste. post tridū me seque
 ris. Inter sacerdotē et leuitam hic medius mu
 neris decet. Non erat tuū sub magistro vincere
 quasi adiutorem queres. Quid consortiū passi
 onis mee expetis. Totam tibi hereditatem ei⁹
 dimitto. Quid presentiam meā requiris. Infir
 mi discipuli magistrum preced ant fortes sequā
 tur vt vincāt sine magistro. q̄ nō indigēt misere
 rio. Sic et helyas heliseum reliquit. tibi ergo cō
 mendo nostre virtutis successionem. Talis eāt
 contencō digna sane. de qua certarēt socredos
 et minister quis prior patētur pro xpi noie. In
 fabul ferūt tragicis excitatos theatri magnos
 esse plausus. cum se pilades oresten dicēt. ore
 stes vt erat oresten se esse asseueraret. Ille vt p
 oreste necaretur. orestes ne piladem pro se pate
 retur necari. Sed illis non licebat vinē q̄ vter
 q; esset patricij reus. alter qui fecisset. alter q̄
 adiuisset. Hic laurentiū sanctū adhuc null⁹

vegebat nisi amor deo cōmīs. Tamen post tri
duū a ipse cum illuso tyrāno impositus sup cra
ticulam exurere. Assum est inquit. versa a mā
duca. Ita virtute animi vincebat ignis naturā
De potētia insolēti nō abutēda a adulaōe

Quēdū ē reor. ne dū aliq̄ **Ca. 27.**
nimia glorie ducuntur cupiditate insolē
tius abutātur potestatib⁹. Et plerumq;
auctos a nobis animos gentium. in studia
psecutiōnis excitent atq; inflāment ad iracun
diam. Itaq; vt illi perseverare possint et supli
cia vincere. quantos pice faciunt. Prospicien
dum etiā. ne adulantibus apiamus aurem.
Emolliri enim adulaōe nō solum fortitudinis
non esse. sed etiā ignaviē videtur.

De temperantia. Capitulum. 26.

Quoniam de tribus virtutibus dixim⁹. ve
stat vt de quarta virtute dicam⁹. que tē
perantia ac modestia vocat̄. In qua ma
xime tranquillitas animi studium mansuetudi
nis. moderatiōnis grā. honesti cura. decoris confi
deratio spectatur et queritur. Ordo igitur quidā
vite nobis tenendus est. vt a veretundia. pri
ma quedam fundamenta ducantur. que socia
ac familiaris est mentis placiditati pteruie fu
gitas. ab omni aliena luxu. sobrietatem diligit
honestatem fouet decorum illud requirit.

De adolescentibus seniorum consilijs adiungendis

Sequatur conuersationis **Capitulum. 21.**
 electo ut adiungamus probatissimis quibusque senioribus. Namque ut equalium vobis dulcius. ita senum tucior est. qui magisterio quodam a ductu vite. colorat mores adolescentium a velut murice probitatis inficit. Namque si hi qui sunt ignari locorum. cum solertibus viarum iter adiri gesunt. quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter vite aggredi quo minus errare possint. a a vero tramite virtutis deflectere. Nichil enim pulchrius quam eosdem a magistros vite a testes habere.

De vnoquoque hodie ad id quod sibi vtile sit appetendum etiam

9 **Q**uerendum etiam **Capitulum. 22.**
 In omni actu. quid personis. temporibus conueniat atque etatibus. quid etiam singulorum ingenijs sit accommodum. Sepe enim quod alterum decet. Aliud inueni aptum. aliud seni aliud in pueris. aliud rebus secundis. Saltauit ante arcam domini dauid. non samuel. Nec ille reprehensus. sed magis iste laudandus. Mutauit vultum contra egyptum. cui nomen anchus. At hec si remota fuisset formidine quo minus cognosceretur. nequaquam leuitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoque vallatus choro prophetarum. etiam ipse prophetauit. a de solo quasi indigno memoraui

est a saul inter prophetas. Vnuquisq; igitur suū
ingenium nouit. et ad id se applic; qđ sibi aptū
elegerit. Itaq; prius quid sequatur consideret
nouerit bona sua. sed etiā uicia cognoscat. equa
lem se iudicem sui prebeat. ut bonis intendat.
uicia tēdinet. Alias distinguende lectōm apti
or. ali⁹ psalmo gratior. aliis exordizandis q̄ ma
lo laborāt spiritu solitior. ali⁹ sacrario oportu
mior habetur. Hec oia spectet sacerdos. et quod
cuiq; cōgruat id officij deputet. Quo eteni vnū
quēq; suū ducat ingenū. aut qđ officium decet
id maiore impletur grā. S; id cum in omni uita
difficile sit. tñ in nostro actu difficilimum est.

De hijs qui seculariū sequuntur affectū. i. ecclē
siastico ordine nō admittendis.

Capitulum. 29.

AMat enim vnusquisq; sequi uitam pa
rentū. Demiq; pleriq; ad militiā feruntur
quoz militauerūt parētes. alij ad actio
nes diuersas. In ecclēastico uero officio nichil ta
rius inuenias. q̄ eum qui sequat̄ institutū pa
tris. uel quia grauis deterret act⁹. uel q̄ in lubri
ca etate difficilior abstinentia uel quia alacri a
dolescentie uidetur uita obscurior. et ideo ad
ea conuertuntur studia que plausibilia ar
bitrant̄. P̄ntia q̄ppe plures q̄ futura p̄ferūt. Illi
aut̄ p̄ntib⁹. nos futuis milita⁹. vñ q̄ p̄stātiōe eā

eo reb; esse cura attentior.

De honestate nostri actus Capitulum. 70.

Teneam⁹ igitur verecundiam a eā que to-
cius vite ornatum atcollit modestiā. Nō
ei medio cre ē reb⁹ singul modū fuare
atq; impartire ordinem. in quo vere plucet illd
quod decorum dicitur. qđ ita cum honesto iun-
gitur vt separari non queat. Siquidem et qđ
deet honestum est. a quod honestum est deet.
vt magis in sermone distinctō sit. q̄ in virtute
discre cō. Differre enim ea inter se intelligi pōt
expli cari non potest. Et vt conemur aliquid e-
ruere distinctōnis honestas velut bona valitu-
do est. et quedam salubritas est corporis. decus
autem tanq̄ venustas a pulchritudo. Sicut e-
go pulchritudo supra salubritatem ac valitu-
dinem videtur excellē. a tñ sine hijs esse nō po-
test. nec vllō separari modo. quomā nisi bona
valitudo sit pulchritudo eē ac venustas nō po-
test. sic honestas decorū illud in se continet. vt
ab ea profectum videatur. a sine ea esse non pos-
sit. velut salubritas igitur totius operis actus
q; nostri honestas est. a sicut species est decorū
qđ cum honestate cōfufum opinione distingui-
tur. Nam a si in aliquo videatur excellē. tamen
in radice est honestatis sed flore precipuo vt
sine ea decidat. in ea floreat. Quid ē ei honestas

nisi que turpitudine quasi morte fugiat. Quid
vero inhonestum nisi quod ariditatem ac mor-
tem afferat virenti. Igitur substantia virtutis
decorum illud tanquam flos emicat. quia radix sal-
ua est. Auero propositum nostri radice vitiosa. ni-
hil germinat. habes hoc in nostris aliquanto
expressius. Dicit enim dauid. dominus regnavit de-
corem induit. Et apostolus ait. Sicut in die hone-
ste ambulare ad grece dicitur eusechemos. Hoc
autem proprie significat bona habitudo. bona spe-
cies. Deus ergo primum hominem cum conderet
bona habitudine. bona membrorum compositio-
ne formauit. et optimam ei speciem dedit. Emis-
sionem non dederat peccatorum. Sed postea quod re-
nouauit eum spiritu. et infudit ei gratiam. que ve-
nerat in serui forma et in hominis specie. assump-
sit decorem redemptionis humane. Et ideo
dicit propheta. dominus regnavit decorem induit. De-
inde alibi dicit. Te decet ymnus deus in syon.
hoc est dicere honestum est. ut te timeamus te
diligamus. te precemur. te honorificemus. Scri-
ptum est enim. Omnia vestra honeste fiant. Sed pos-
sumus a homine timere diligere. rogare. honora-
re. hymnus specialiter deo dicitur. hoc tanquam ex-
cellentius ceteris credere est decorum quod de-
ferimus deo.

De habitu mulieris
qualis debeat esse. Capitulum. xi.

Mulierem quoque in habitu ornato orare
 conuenit si specialiter eam decet orare ve
 latam. et orare proponentem castitatem cum bo
 na conuersatione. Est igitur decorum quod pemi
 net cuius diuisio gemina est. Nam est decorum
 quasi generale quod per uniuersitatem fundi
 tur honestatis. et quasi in toto spectat corpore. Est
 etiam speciale. quod in parte aliqua eminet. Illud
 generale ita est. ac si equabilem formam atque uni
 uersitatem honestatis in omni actu suo habeat
 continet. cum omnis sibi eius uita consentit
 nec in ullo aliqua re discrepat. hoc speciale. cum
 aliquo actu in suis habet uirtutibus preeminē
 tem. Simul illud aduerte quod et decorum est se
 cundum naturam uiuere. secundum naturam dege
 re. et turpe est. quod fit contra naturam. Ait enim
 apostolus quasi interrogans. decet mulierem
 non uelatam orare deum. Nec ipsa natura docet
 nos. Quod uir quidem si comam nutriat igno
 minia est illi. quoniam contra naturam est. Et iterum
 dicit. Mulier uero si capillos habeat. gloria est
 illi. Est enim secundum naturam quoniam quidem capilli
 pro uelamine sunt. hoc est enim naturale uela
 men personam igitur et speciem. nobis natura ipsa
 dispensat quam seruari debemus. uinamque et inno
 centiam custodire possimus. nec acceptam no
 stram malicia mutaet. **De generali decore Ca. 72.**

Habes hunc decorum generalem. qui afe-
cit deus mundi istius pulchritudine. Ha-
bes et partes. quia cum faceret deus lucem
a diem noctemque distingueret. cum conderet celum.
cum terras a maria separaret cum solem a luna
a stellas constitueret. lucem super terram probavit
singula. Ergo decorum hoc quod in singulis mun-
di partibus elucebat in vniuersitate resplenduit.
sicut probat sapientia dicens. Ego eram cui ap-
plauderebat. cum letaretur orbe perfecto. Similiter er-
go et in fabrica humani corporis. grata est vni-
cuiusque membris portio. Sed plus in corde compositio
membrorum apta delectatur. quod ita sibi quadrare
et conuenire videantur. Si quis igitur equalita-
tem vniuersae vite a singularium actuum modis
seruet. ordinem quoque a constantiam dierum atque o-
perum moderacionemque custodiat. in eius vita
decorum illud excellit a quasi in quodam speculo elucet.

**De sermone suauis omnibus gratum preben-
dum. et de motu animi cauendo. Capitulum .vii.**

Accedat tamen suauis sermo ut conciliet li-
bi affectum audientium gratumque se vel fami-
liaribus vel civibus. vel si fieri potest
omnibus prebeat neque adulantem se neque a-
dulandum cuiusque exibeat. Alterum enim callidi-
tatis est. vanitatis alterum. Non despicat quod de se
vnusquisque et maxime vite optimus sentiat.



hoc enim mō dixit bonis de ferre reuerentiā. nā
 negligē bonoz iudicia vel arrogantiē vel disso-
 lucōis est. quoz alterz supbie ascribitur. alterz
 negligentie. **C**aveat etiā motus animi sui. **I**pē
 eni sibi a obseruand⁹ a circumspicieud⁹ est. et
 vt aduersum se cauēdus. ita etiā de se tuēdus.
Sunt eni motus in quib⁹ est appetitus ille. qui
 quasi quodā prūpit impetu. Vnde grece horne
 dicitur. qđ vi quadā seipse te prūpiat. Nō me-
 dioctis in hīs vis quedā animi atq; nature ē
 que tū vis gemina est vna in appetitu. altera i
 racōne posita. que appetitū cōtinet. a sibi obedi-
 entē prestet et ducat quo velit et tanq̄ sedulo
 magisterio edocet. quid fieri. quid cuitai opor-
 teat. vt bone domitrici obtēperz. **S**olliciti eni de-
 bem⁹ esse. **N**e quid temē aut incuriose geram⁹
 aut quicq̄ oino cui⁹ probabilē nō possumus ra-
 cōnem reddē. **A**ctus enim nostri causa. a si non
 omnib⁹ redditur tū ab omnib⁹ examināt. **N**ec
 vere habem⁹ in quo possum⁹ nos excusare. **N**ā
 a si vis quedā nature in omni appetitu sic. tū idē
 appetitus racōni subiect⁹ est lege nature iphius
 a obedit ei. **V**nde boni speculatoris est ita p̄ten-
 dere animo. vt appetit⁹ neq; p̄currat racōnem
 neq; deserat. ne p̄currēdo p̄turbz atq; excludat
 Rāq; deserendo destituat. p̄turbacō tollit constā-
 tiam. destitucō prodit ignauā. accusat pigritiā

pturbata enim mente latius se ac longi⁹ fundit
appetitus. ⁊ tanq̄ efferato impetu frenos ratio
nis non sulcipit. nec vlla sentit aurige modera
mina quibus possit reflecti. Vnde plerūq; non
solum animus exagitur. amittitur racō. s; eti
am inflāmatur vultus vel iracundia vel libidi
ne. pallefcit timore. voluptate se non capit. ⁊ ni
mia gescit leticia. Hec cum fiūt abicitur illa na
turalis quedam censura. grauitasq; morū. nec
teneri potest illa que in rebus gerendis atq; cō
silijs sola potest auctoritatem suam. ⁊ ad illud
quod deceat tenere constantiam. **De ap
petitu iracundie ppter iniuriā facto. Capi. 78.**

O Ravior autem appetitus ex indignacōe
mīnia nascitur quā accepte plerūq; ac
cēdit iniurie dolor. De q̄ satis nos psal
mī quem in prefacōne posuim⁹ precepta instru
unt. Pulchre autē ⁊ hoc accidit vt scripturi de
officijs ea prefacōnis nre assercōe vteremur.
que ⁊ ipsa ad officij magistrum pertineret.
Sed quia supra vt oportebat perstrinxim⁹ quē
admodū vnusquisq; cauere possit ne exāteē
accepta iniuria. verentes ne prefacio prolixior
ficeret nunc de eo vberius disputandum arbi
tror. locus enim oportūnus est vt in paribus
temperantie dicamus quemadmodum reperi
matur iracundia.

Quia itaq; genera eē hominū iniuriā acci-
 pientium in diuinis scripturis demōstra-
 re volum⁹ si possum⁹. Vnū est eorum in
 quibus peccator insultat. cōiūciatur i nequicijis
 quia deest iusticia. pudor crescit. augetur dolor
 horz similes plurimi de meo ordine. de meo nu-
 mero. Nam michi infirmo. si quis iniuriā faci-
 at. forsitan licet infirmus donē iniuriā meā. Si
 crimen obiciat. non sum tacitus. vt sim conten-
 tus consciētia mea. etiā sine ei⁹ obiectu alienū
 nouerim. sed cupio abluē ingenui pudoris no-
 tam. tanq̄ infirm⁹. Ergo oculum pro oculo. et
 dentē pro dēte exigo. a cōiūcium conuicō repen-
 do. Si vero is sum quī proficiā a si nondum per-
 fect⁹. nō retorqueo contumeliā. Et si non influ-
 at ille cōiūcium a mund⁹ aures meas contumē-
 lijs ego taceo a nichil respondeo. Si vero perfe-
 ctus sim verbi gratia loquor. Nam veritate in-
 firmus sum. Si ergo pfect⁹ sim benedico male-
 dicentē sicut benedicebat. a paul⁹ quī ait. Ma-
 lediamur a bñdicim⁹. Audierat enim dicentē
 diligite inimicos vestros. orate pro calūpnian-
 tibus a psequētib⁹ uos. Ideo autē paul⁹ perse-
 cutōem paciēbat. a sustinebat. quia vincebat
 a miūgabatur humanū affectum pposita merce-
 dis gracia. vt fili⁹ dei fieret. si dilexisset inimicū
 Tamen et sanctū dauid in hoc quoq; genere

victus imparem paulo non fuisse edoceri possu-
mus. Qui primo quidem cum malediceret ei filius ze-
mei et crimina obiceret. tacebat humiliabatur
et silebat a bonis suis. hoc est bonorum operum con-
scientia. Deinde expetebat maledictum sibi. quia ma-
ledicto illo diuinam acquirerebat misericordiam. vi-
de autem quomodo et humilitatem et iusticiam. et
prudenciam emergente a domino gratie reseruauerit
Primo dixit **I**deo maledicat michi. quia dominus
dixit illi ut maledicat **V**ates humilitatem. quia
ea que diuinitus imperant equanimiter quasi
seruulorum ferenda arbitrabatur. **I**terum dicit. **E**c-
ce filius meus qui exiuit de ventre meo querit
animam meam **V**ates iusticiam. **S**i enim a no-
stis grauiora patimur. cur indigne ferimus
que inferuntur ab alienis. **T**ercio ait. dimitte
illum ut maledicat. quoniam dixit illi dominus ut vi-
deat humiliacionem meam. et retribuatur michi do-
minus pro maledicto hoc. **N**ec iam solum conuiciante
paulus. sed et lapidatorem et sequentem illum reli-
quit. quoniam per victoriam petentium veniam libenter ig-
nit **R**ed ideo inferui. ut euangelico spiritu semper dauid
non solum inoffensum. sed et gratum fuisse conuicianti
doceret **E**t delectatum potius quam exasperatum iniurijs
pro quibus mercedem sibi reddendam arbitra-
tur. **S**ed tamen quousque perfectus adhuc perfectiora
quererebat. **I**ncalescebat iniurie dolore quasi homo

sed vincebat quasi ton⁹ miles. Tollerabāt q̄
si athleta fortis. De requie post r̄surr̄ctōez

Potentie autē finis Capitulū. 76.
pmissorum expectatio. Et ideo dicebat
Notū fac michi dñe finē meum. ⁊ nūme
eu dieꝝ meorū quis est. vt sciam quis desit mi
chi. finem illum querit promissorū celestiu. vel
illum quādo vnus quisq; surgit in suo ordine. p̄
miciē xp̄us. Deinde hī qui sunt xp̄i. qui in ad
uentu eius crediderūt deinde finis. Tradito
enim regno deo ⁊ patri. ⁊ euacuatis omnibus
potestatib⁹. vt apostol⁹ dixit perfectio incipit.

Hic ergo impedimētum hic infirmitas etiā per
fectorū. illic plena p̄fectio. Ideo ⁊ dies illos req̄
rit vite eterne qui sunt. non qui p̄tereunt. vt cō
gnoscat quid sibi desit. que terra sit repromissi
onis. p̄petuos fructus ferēs. q̄ prima apud pa
trem mansio. que scda ⁊ tercia in quibus pro
racone meritoꝝ vnusquisq; requiescat.

De ymagine dei ⁊ ymagine dyaboli Ca. 77.

Ita igitur nobis expetēda in quibus per
fectō. in quib⁹ veritas est. hic ymbra. h̄
ymago. illic veritas. ymbē in lege. yma
go in euangelio veritas in celestibus. Ante a
gnus offerabatur. offerabatur vitul⁹. nūc xp̄s
offertur. Sed offertur quasi homo. quasi recipi
ens passiōē. ⁊ offert se ipse quasi sacerdos vt

peccata nostra dimittat. Hic ymagine ibi in ve-
ritate. vbi apud patre pro nobis quasi aduoca-
tus interuenit. hic ergo in ymagine ambula-
t in ymagine vite. illic facie ad facie. vbi plena p-
fectio. qz pfectio ois i veritate e. Ergo du hic fu-
m9 suem9 ymaginē vt ibi pueiam9 ad verita-
tem. Sic in nob ymago iusticie fit ymago sapi-
entie. qz veniet ad illū diē. a scdm ymaginē su-
am estimabit. Nō inueniat i te adūfari9 yma-
ginē suā nō rabiem. nō furorē. In hīs ei yma-
go nequicie est. Aduersari9 enī diabolus. sicut
leo rugiens querit quē occidat quem deuoret
Non inueniat auri cupiditatem. Non argētū a
ceruos. non viciorū simulachra. ne auferat tibi
vitem libertatis. vox enim libertatis illa est vt
dicas. veniet hui9 mūdi princeps. a in me inue-
niet nichil. Itaqz si secur9 es. qz in te nichil in-
ueniat cū veniet pserutati. dices illud qd dixit
ad laban Jacob pñiacha. Cognosce si quid tuo-
rū est apud me. Merito btūs Jacob. apud quē
nī laban suū potuit ēpiē. Abscōderat ei rachel si-
mulachra deoz et9 aurea a argētea.

**De mercatoe auaro inanes diuicias cumula-
te a p̄ginē dei a se auferente. Capitulum. 78.**

Itaqz si sapientia si fides. si contemp-
seculi. si gratia tua abscondat oēs p̄fidia
btūs eris quia nō respicis i vanitates a

infanias falsas. **A**n mediocce est tollere vocē
 aduersario. vt arguēdi te non possit habē au
 dōritatem. **I**taq; qui non ēspicit in vanitates
 nō cōturbatur. **Q**ui enim respicit cōturbatur a
 vanissime quidē. **Q**uid est enim cōgregare opes
 nisi vanū. quia caduca querē vanum est satis
Cum autē cōgregaueris. quis sciat an possidere
 liceat tibi. **N**ōne vanum est. vt mercator nocti
 b9 ac diebus cōficiat iter. quo aggregaē possit
 thesauri acruos. merces cōgreget. conturbetur
 ad precium ne forte minoris vendat q̄ emerit.
Aucipetur locoꝝ precia. a subito aut latrones
 in se inuidia famose negociacōis exciꝝ. aut nō
 expectatis serenoꝝ flatibus. dum lucrū que
 rit. in naufragiū paciens more incidat. **A**n nō
 conturbatur etiā ille vane. qui sūmo labore coa
 ceruat. qd̄ nesciat cui heredi ēlinquat. **S**epe qd̄
 auarus sūma cōgesserit sollicitudine p̄cipiti effu
 sione dilacerat heres luxuriosus. a dñi quesita
 turpis eluo p̄sentū. cetus futuri improuidus
 qd̄ quadam absorbet voragine. **S**epe etiā sepa
 ratus successor inuidiā pte acquirit hereditatis
 a celeri obitu extraneis addite successōnis trā
 scribit cōpendia. **Q**uid ergo vane araneam te
 ris. que inanis a sine fructu est. a tanq̄ castes
 suspendis. inuiles diuiciarum copias. **Q**ue a si
 fluant nichil profint. ymmo exuūt te ymaginē

dei a induunt terram ymaginē. Si tyranni all
quis ymaginem habeat. nonne obnoxius est
dampnacōm. Tu de pomis ymaginē ceterū im
patoris. et erigis in te ymaginem mortis. Eice
magis de ciuitate anime tue ymaginē dioboli
a attolle imaginem xpi. hec in te fulgeat. in tua
ciuitate hoc est in aia resplendeat. que obliu
rat vicioꝝ ymagines. de quib⁹ dauid ait. Dñs
in ciuitate tua admichilum deducis ymagines
eorum. Cum enim p̄m̄xerit iherusalem dñs ad
ymaginem suam. tūc aduersarioꝝ omnis ima
godeleat. **De leuitis q̄les debeant esse**

Quod si euā gelio dñi **Capitulum 19.**
etiam populis ip̄e ad despicentiā opum
informatus atq; inlicit⁹ est. quāto ma
gis nos leuitas oportet terrēis nō teneri a pi
ditatib⁹. quoz deus portō est. Nā cum diuidere
tur a moysē possessio terrena populo patrum
excepit leuitas dñs et ne possessiois osortō qd
ip̄e ill̄ eēt fūctul⁹ hēditatis. Vñ ait d̄s. dñs
ps hēditatis mee a calicis mei. deniq; sic appel
lat leuita. ip̄e me⁹. l. ip̄e p̄ me. Magnū ḡ mun⁹
ei⁹. vt de eo dñs dicat. ip̄e me⁹ v̄l quēadmodū
petro dixit. de statē i ore piscis repto. dab̄ h̄is
p̄ me a te. vñ a ap̄ls cū ēpm̄ dixisset debē eē so
briū. pudicū. ornatū. hospitalē. docibile. non aua
tū non litigiosum domui sue bene prepositum.

addidit diacones similiter oportet esse graues
 non bilingues. non multo vino deditos. non tur
 pe lucrum sectantes habentes misterium dei in con
 scientia pura. Et hi autem probentur primum. et
 sic ministrent nullum crimen habentes. Aduer
 tum quanta in nobis requiratur. ut abstiniens
 sit a vino minister domini ut testimonio bono ful
 ciatur. non solum fidelium. sed etiam ab hijs qui fo
 ris sunt. Debet ei actu operumque nostrorum teste
 esse publicam existimacionem. ne derogetur mune
 ri. ut qui videt ministrum altaris. congruis orna
 tu virtutibus. auctorem predicet et dominum veneretur
 qui tales seruulos habeat. Laus enim domini ubi
 munda possessio et innocens familie disciplina.

De altaris ministris quod assumi non debet ex
 coniugis secundis et quod hi debent ministri vestimenta sua
 lauare debeant. Capitulum 60.

O castimonia autem quid loquar. quoniam vna
 tantum nec repetita permittitur copula. Et in
 ipso ergo coniugio lex est. non iterare con
 iugium. nec secunde coniugis sortiri coniunctionem
 Quod plerisque mixtum videtur cur etiam ante bap
 tismum iteratum coniugium ad electionem muneris et
 ordinacionis pro gatiua impedimenta generentur
 Cum etiam delicta obesse non soleant si lauacri
 emissum fuerint sacramentum. Sed intelligere debe
 mus. quia baptismum culpa dimitti potest. lex

aboleri non potest. In coniugio non culpa sed
lex est. Quod culpe est igitur in baptisate re
laxat. qđ legis ē in coniugio non soluit. Quō autē
potest orator eē viduitatis qui ipsa coniugia fre
quētauerit. Inoffensum autem exhibendum
et in maculatum ministeriū. nec vllō coniugali
cetu violandum cognoscitis. qui integri corpe
incorrupto pudore. alieni etiam ab ipso conso
rō coniugali. sacri ministerij gratiam recepistis. qđ
eo non preterij quia in pleris abdicōibus locis
cum ministerium ingererēt vel etiam sacerdo
cum. filios receperunt. et id tanq̄ vsu veteri de
fendūt. qñ p̄ interualla dierum sacrificium de
ferrebat. Et si castificabat etiam populus per
biduum aut triduum. vt ad sacrificium pur⁹ ac
cederet vt in veteri testamēto legimus et lauet
vestimenta sua. Si in figura tanta obseruātia
quanta in veritate discere sacerdos atq; leuita.
quid sit lauare vestimenta tua. vt nouum cor
pus celebrandis exhibeas sacramentis. Si po
pulus sine ablucōne vestimentorum suorum p
hibebatur accedere ad hostiam suam tu in locis
mente pariter et corpore audes pro alijs suppli
care audes alijs ministrare.

De officio non mediocri leuitarum

Capitulum sexagesimum primum

Non mediocre officiū leuitarū de quibus
 dicit dñs. **E**cce eligo leuitas de medio fi-
 liorū israel pro omni primogenito apie
 te vuluā filijs israel. **E**tempōnes eorū et unē
 isti. **a** erūt michi leuite michi enim sanctificauī
 primogenitū in terra egipti. **C**ognouim⁹ quia
 non inter ceteros leuite cōputantur. **s** omib⁹
 preferūtur qui eligūtur ex omib⁹ **a** sanctificāc
 vt primogenita fructuū atq; primicie que dño
 deputātur in quib⁹ est vtorū solucō **a** redēpō
 peccatorū. **N**on accipies eos inquit inter filios
 israel **a** cōstitues eos leuitas sup tabernaculū
 testimoniū. **a** sup omia vasa ei⁹ altare. **a** super
 quecūq; sunt in eo. **I**psi tollant tabernaculum
a omnia vasa ei⁹. **a** ipsi ministrēt in eo et in cīr-
 cuitu tabernaculi castra ipsi cōstituāt. **a** promo-
 uēdo tabernaculū ipsi deponāt leuite. **a** ostinuen-
 do castra rursum ipm tabnaculum ipsi statuāt
Aliemigena quicūq; accesserit. morte morietur
Tu ergo elect⁹ ex omni numero filiorū israel
 inter sacros frētū quasi primogenit⁹ estimat⁹
 ppositus tabnaculo. vt p̄tendas in castris san-
 ctitatis **a** fidei atq; si alienigena accesserit mor-
 te morietur. ppositus vt opias arcam testamēti
Non enim om̄s alta misteriorū vident. quia ope-
 riūtur a leuitis ne videant qui videre non dñt
a sumant q̄ seruare nō possunt. **M**oyse demiq;

circūcisionem vidit spiritalem s̄ operuit eam.
vt in signo circūcisionem p̄scriberet. Vidit et
azimā veritatis a sinceritatis. vidit passionem
dñi opuit azimis corp̄alibz azima veritatis ope
ruit passionē dñi agni l̄ vituli immolacōe Ergo
boni leuite suaerūt misteriu fidei sue tegmine. a
tu mediocre putas qđ omissum est tibi **P**rimū
vt alta dei videas qđ ē sapiētie. Deinde vt exu
bias pro populo deferas quod est iusticie. Ca
stra defendas. tabernaculūq; tuearis quod est
fortitudinis. Teip̄sū otinētem ac sobriū p̄stes
qđ ē tēperātie. ¶ De vitate oim hoim Ca. 62.

Hec virtutum genera principalia constitu
erunt etiam hñ qui foris sunt. sed cōtra
tis supiorem ordinem q̄ sapiētie iudica
uerunt. cum sapientia fundamentum sit iusticie
opus sit qđ manere nō potest nisi fundamentū
habeat. fundamentum autem cristus est. Pri
ma ergo fides que est sapientie vt Salomon di
cit secutus patrem. incūm sapientie timor dñi
Et lex dicit. diliges dominum deū tuum. Diliges
proximum tuum. pulchrum est enim vt grati
am tuam atq; officia in societate humani ge
neris cōferas. Sed primum illud decorum vt
quod habes preciosissimum. hoc est mentem
tuā q̄ nichil habes prestantius deo deputes.
Cum solueris auctori debitum licet vt opera

nia in beneficiā. ut adiumenta hominū con-
feras atq; opem feras necessitatib⁹. aut pecunia
aut officio. aut etiā quocūq; munē. quod late
patet in vestro ministerio. pecuniā ut subueni-
as. debito obligatū liberes. officio ut seruanda
suscipias q̄ metuit amittē q̄ deponēda credidit

De eo qd̄ est cum officio. ⁊ qd̄ est cōi officiu.

Officium est igitur depo-
situm seruandū ac reddē. **Capitulum 63.**
Sed interdum cō-
mutatio fit aut tēpore aut necessitate. ut
non sit officium reddere. quod accepis. ut si quis
contra patriā opē barbaris ferens. pecuniam
apud hostis reposcat. aut si tunc reddas cum
assit quū extorqueat. Si furenti restituas cū ser-
uare non queat. si insaniētū gladium depositū
non neget quo se ille interimat. nōne soluisse
contra officium est. Si furto quesita sciens susci-
piat ut fraudetur qui amiserat. Nonne contē-
officiū ē. Est et cōi officium nōnūq̄ pmissum sol-
uere. sacramētum custodiē. ut herodes qui iu-
rauit qm̄ quicquid petitus esset daret filie hero-
diadis. ⁊ necem Johis prestauit. ne promissum
negaret. Nā de iepte quid dicā q̄ immolauit fi-
liam suā. que sibi victori prima occurrerat. quo-
uū impleret qd̄ sponsponderat ut quicquid sibi
primū occurrisset offerret deo. Meli⁹ fuerat ni-
hil tale pmittē. q̄ pmissum soluē paricidio.

De leuita q̄lis eē debeat. ⁊ de laude ip̄i? Ca. 64.

Hec quān sit consilij prospicē non ignora-
tis. Et ideo eligatur leuita qui sacrariū
custodiat nec fallatur cōsilio. ne fitim de-
serat. ne mortā timeat. ne quid intēperant̄ ge-
rat. vt specie ipsa grauitatē preferat. nec solum
animū sed etiā oculos cōtinētes hat ē. quē de-
reat ne v̄l ipse frontem sobrietatis fortuit̄ vio-
let occurfus. **Qm̄** qui viderit mulierē ad concu-
piscendū eam. iam adulterauit eā in corde suo.
Ita vt adulteriū non solum facti collusione. s̄
etiam aspectus intencōe cōmutat̄. Magna hęc
videtur ac nimis seuera. sed in magno munere
non supflua. qm̄ tanta est leuitarū gracia. vt de
h̄is moyses in b̄ndictōib⁹ dicēt. date leui ve-
ros ei⁹. date leui manifestos ei⁹. date leui sor-
tem suffragij sui. et veritates eius viro sancto
quē temptauerunt in tēptacōmb⁹. maledixe-
runt sup aquā contradictionis. **Qui** dicit patri
suo ⁊ matri nō noui te. ⁊ fratres suos nō agno-
uit. ⁊ filios suos abdicauit. **Hic** custodiet verba
tua. ⁊ testamētum tuū obsuabit. **Illi** ergo vel
eius ⁊ masti ei⁹. q̄ nichil in corde doli habeāt
nichil fraudis occultent. sed verba eius custo-
diant. ⁊ in corde suo conferant sicut cōferbat ⁊
maria. **Qui** suos parentes officio suo non noue-
rit p̄ferendos qui violatores oderint castitatis

pudicie vlcif eantur inuicia nouerint officiorū
 tempa qđ maior sit. quod cui aptū tempore est
 a vt id solū sequatur quod honestū est. **Sane**
 vbi duo honesta. id quod honestius est. prepo
 nendum putet. hñ iure benedicti. **Si** quis ergo
 manifeste iusticias dei i censum ponat. **Benedic**
 dñe virtutem ipsius. opera manuū eius suscipe
 vt grām pp̄tice bñdictionis inueniat **Amen**

Explicit liber primus. De officijs beati Ambro
si. Incipit secundus eiusdem. Capi. pmū

Superiore libro. de officijs tractauimus
 que conuenire honestati arbitraremur
 i qua vitā beatam positā esse nulli du
 bitauerūt. quā scripturā appellat vitā
 eternā. **Tantus** enim splendor honestatis est.
 vt beatam vitā efficiat tranquillitas conscien
 tie a securitas innocentie. **Et** ideo sicut exortus
 sol lune globum. a cetera stellarū abscondit lu
 mina. ita fulgor honestatis. vbi vero et incorru
 pto vibrat decore. cetera que putātur bona secu
 dū voluptatem corporis. aut scđm seculū dara
 a illustra obumbrat. **Beata** plane que non a
 liemis estimatur iudicijs. sed domesticis p̄cipi
 tur sensibus tanq̄ sui. **Iudex.** Neq; enim popu
 lares opiniones pro mercede aliqua requirit